MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80262-6

AUTHOR:

LUCIANUS SAMOSATENSIS

TITLE:

LUCIANI QUAE FERUNTUR PODAGRA ...

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1914

Master Negative #

91-80262-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Ocypus 1914.

Lucianus Samosatensis

Luciani quae feruntur Podagra et Ocypus, praefatus edidit commentatus est Johannes Zimmermann. Lipsiae, in aedibus B.G. Teubneri, 1914.

82 p. 23cm.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 9-18-91 INITIALS M.D.C.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

LUCIANI QUAE FERUNTUR
PODAGRA ET OCYPUS

PRAEFATUS EDIDIT COMMENTATUS EST

JOHANNES ZIMMERMANN

LIPSIAE: IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMIX

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PATRI
ET MEMORIAE MATRIS
SACRUM

PRAEFATIO

Sub Luciani Samosatensis nomine duo libelli traduntur, quibus Podagrae potestas summis laudibus effertur. Quos libellos, quorum alter Ποδάγρα, alter Ὠκύπους inscribitur, iure Luciano attribui iam saepe viri docti negaverunt, ut nuper Rothsteinius[1]), antea Dindorfius, Bekkerus.[2]) Contra Croisetus[3]) utramque fabulam genuinam esse putat. F. Hermannus[4]) autem contendit Ocypodem et Podagram coniungendas esse, quia Ocypus initium, Podagra exitus unius atque eiusdem fabulae sit; atque ad hanc sententiam Friedrichsmeierus[5]) et Christius[6]) Lucianum auctorem putantes accesserunt. Planckius[7]) Podagram quidem genuinam, Ocypodem subditicium esse iudicat. Guyetus quoque et Solanus et Gesnerus editione Bipontina teste Ocypodem Luciano indignum esse sibi persuaserunt. Sieversus[8]) autem et Seeckius[9]) Ocypodem ab Acacio poeta, qui Libanii rhetoris amicus erat, compositum esse contendunt. Quomodo cum viri docti inter se dissentiant, nemo autem adhuc hanc rem accurate perquisiverit, *L. Radermacherus* praeceptor meus, ut uberius de ea dissererem, me impulit. Ac primum quidem utriusque fabulae re metrica et dicendi genere comparando utrum Hermannus recte iudicaverit necne scrutari, tum imprimis codicum auxilio, quis Podagrae et quis Ocypodis auctor sit, investigare conabor.

Antequam autem ad rem metricam accedam, necesse esse puto me, quantum facere possim, a corruptelarum sordibus fabulas illas purgare studere. Quare breviter Luciani libellorum codices, quorum lectionibus usus sum, describam, et quantum singuli valere mihi videantur, exponam.

Iam dudum constat Luciani librorum codices manu scriptos e duobus archetypis esse derivandos, quorum alterum correcturis erat liberum, alterum antiquas correcturas habebat. Ac Podagram et Ocypodem fabulas in secunda tantum classe tradi neque umquam in priore exstitisse M. Rothsteinius ostendit (p. 25 sqq.). Effecit hoc comparato ordine librorum, quem praestantissimus codex Vaticanus 90 (Γ) secundae clas-

---

1) M. Rothstein, Quaestiones Lucianeae, Berlin 1888, p. 38.

2) Dindorfius et Bekkerus in editionibus suis hos libellos asteriscis ante titulos scriptis subditos signaverunt.

3) M. Croiset, Essai sur la vie et les oeuvres de Lucien, Paris 1882 p. 84.

4) K. F. Hermann, Lucians Schnellfuß oder die Tragödie vom Podagra, Göttingen 1852.

5) F. Friedrichsmeier, De Luciani re metrica. Diss. Kiel 1889.

6) Christ, Griechische Litteraturgesch.[4] p. 770 a. 4.

7) Ad. Planck, Quaestiones Lucianeae Tübingen 1850 p. 34.

8) G. R. Sievers, Leben des Libanius, Berlin 1868 p. 138.

9) Otto Seeck, Die Briefe des Libanius zeitlich geordnet, Leipzig 1906 p. 44.

sis habet cum eo, qui prioris familiae codicibus traditur. Libri enim, qui in Γ codice ab Imaginibus usque ad Cynicum continentur, in priore classe non sunt. Quo in numero sunt Podagra et Ocypus. Habemus multos codices, quibus hae fabulae traduntur[1]: Vatic. 90 (Γ) saeculi X, Pal. 73 (X) s. XII, Vatic. 89 (V) s. XIV/XV, Paris 2954 (M) s. XIV, Laur. 57, 28 (R) s. XV, Paris 2957 (N) s. XV, Vat. 87 (𝔄) s. XIV/XV, Urbin. I supplem. (i) s. XVI/XVII, Marc. 435 (S) s. XV, Marc. Ω supplem. (ω) s. XV, Ambr. 238 (𝔡) s. XVI, Par. 2956 (Θ) s. XV, Laur. 57, 46 (89) s. XV.

Praeterea Podagra, non Ocypus traditur codicibus his: Paris. 3011 (C) s. XIV, Vind. 165 (K) s. XIV, Gorl. 12 (A) s. XV, Vatic. 88 (θ) s. XV, Vat. 1322 (Δ) s. XV, Laur. 57, 13 (𝔡) s. XV.

Nullum habemus codicem, in quo Ocypus continetur, Podagra deest, nisi Bon. 1766 a Nileno numero 80 signatum, in quo codice praeter hunc libellum nihil inest.

Mirari non licet, quod Podagra tantum in 19, Ocypus tantum in 14 codicibus exstat, quamquam, ut Nileni conspectus I docet (p. 4* sqq.). Luciani libellorum codices ad centum sexaginta habemus. Nam ut e conspectu II apparet, 102 codicibus minus quam dimidia omnium libellorum pars, id est minus quam 40 libelli continentur; 31 codicibus singuli libri, 76 codicibus minus quam dena scripta insunt.

De iis codicibus, quorum lectionibus usus sum, pluribus exponere necesse est. Sunt codices Γ, X, K, C, M, N, i, 𝔄, Θ. Atque eximia quadam erga me benevolentia atque humanitate *Nils Nilenus* vir doctissimus, Luciani operum editor, animo promptissimo ΓXNi codicum collationes suas mihi descriptas misit. Contulit autem cum Γ codice Podagrae et Ocypodis versus omnes, cum X codice Podagrae versus 250—323, Ocypodis versus omnes, cum N cod. Podagrae et Oc. versus omnes, cum i. cod. Podagrae versus 1—132 et 303—334, Ocypodis versus 1—122. Quorum codicum praeterea imagines photographicas mihi utendas dedit, ut et quae codices traderent, denuo possem conferre et quomodo versus in iis dispositi essent, penitus cognoscerem. Atque quam accurate Nilenus codices contulisset, imagines photographicas diligenter perlegens inveni, et ei, quippe qui ultro ut hos libellos ederem mihi permiserit, laudes gratiasque habeo maximas. Θ codicis et a editionis (a = editio Florentina anni 1496, quae est princeps) etsi non collationes, imagines tamen photographicas inspiciendas Nilenus mihi misit. Itaque cum Θ codice Podagrae versus 1—77 et 310—334, Ocypodis argumentum et v. 1—18, cum a editione Podagrae versus 1—149 et 318—334, Ocypodem fabulam totam contuli. Ceteras Florentinae editionis lectiones ex editione Bipontina et ex Iacobitzii editione sumpsi; Θ codicis reliquas lectiones Dindorfii editionis auxilio contuli. Iacobitzius in Podagra edenda tantum codice K, in Ocypode nullo codice usus est. Dindorfius in editione altera anni 1858 ad Podagram Γ, M, C, 𝔄, Θ codicum, ad Ocypodem codicum Γ, M, 𝔄, Θ collationes suas attulit. Utinam mi-

1) cf. Lucianus ed. Nils Nilén, Prolegomenon p. 24* sqq., 38*.

nus parcus fuisset! I. Bekkerus nullius codicis mentionem facit, in Fritzschii autem et in Sommerbrodtii editionibus neque Podagra neque Ocypus invenitur.

Iam singulos codices describamus. Γ = Vaticanus 90[1]), codex membranaceus, a Nileno[2]) saeculo X tribuitur. Podagra incipit (sequor Nilenum) fol. 287^v v. 21, Ocypus fol. 314^r v. 1; Podagra in quaternione N legitur, Ocypus initium quaternionis R efficit. Uterque libellus binas columnas habet praeter inscriptionum versus octoque Ocypodis versus, qui argumentum continent. Podagra habet versiculos 334, Ocypus 196, ex quo numero 23 eximendi sunt, in quibus personarum vices indicantur.

De una correctoris manu a Nileno Γ^a appellata pauca dicenda sunt, quod identidem in fabulis illis correcturas adscripsit. „Hic corrector (cf. Nilenus p. 49* sqq.), ut ipse ostendit, est Alexander episcopus Nicaeensis. Praeter correctiones scholiaque varias saepe lectiones scribit Γ^a non raro praemissa γρ nota. Antigraphum unum minime praesto ei fuisse demonstrant haec addita: ἐν ἑτέρῳ, ἐν ἄλλῳ, καλῶς, καὶ οὕτως.“ „Alexander ille Nicaeae episcopus — ut ait Rothsteinius — dubitari non potest, quin sit Alexander Nicaeae metropolita, quem artis rhetoricae in urbe Constantinopoli magistrum ab imperatore Constantino Porphyrogenneto constitutum esse tradit illius laudator, qui eius iussu Theophanis chronica continuavit. Quod factum esse non multo post annum 945, quo Constantinus solus regnum capessivit, et per se probabile est et ex ordine, quo singula apud scriptorem illum narrantur, videtur apparere. Medio igitur fere saeculo decimo Alexander corrigendo Luciani exemplari operam dabat.“

X = Palatinus 73 est codex membranaceus, quem Nilenus saeculo XII tribuit. M. Rothsteinius de eo haec scripsit (p. 15): „Prior pars periit. Incipit nunc in medio libello de saltatione et continet. . . . eadem Luciani scripta eodemque ordine quae leguntur in codice Γ usque ad Scytham. Praeterea exstat scheda una, in qua pars libelli in Γ sequentis, Tragopodagrae, perscripta est, et ultima codicis pars, continens dialogos mortuorum, marinos, deorum, eodem etiam in singulis dialogis ordine scriptos quo leguntur in Γ, meretricios, Ocypodem. Apparet igitur ultimum opusculum non eo loco scriptum fuisse“ (scilicet in archetypo), „quo est in Γ.“

K = Vindobonensis 165, codex chartaceus, saeculo XIV scriptus est secundum Nileni sententiam. Continet tantum Demonactis partem, Astrologiam, Podagram et partem Electri.[3])

C = Parisinus 3011, saeculi XIV est. Quattuor manus sunt di-

1) De hoc codice cf. Nilen, Prolegomenon p. 42* sqq., H. Rabe, Scholia in Lucianum. Rabe in tabula prima exemplum scripturae arte photographica depictae praebet.
2) Nilen, Adnotationes Lucianeae in „Nordisk Tidskrift for Filologi“ vol. 9. 1890 p. 296.
3) cf. Nilen, Prolog. Conspectus II p. 18*.

stinguendae, quarum quarta praeter alia scripsit Podagram.[1]) Continet hic codex 75 Luciani libellos ordine, qui raro cum Γ codice consentit. Podagram libellum, ita ut in K, quo cum codice C codicem arte cohaerere infra ostendetur, Astrologia liber antecedit.

M = Parisinus 2954 (= A apud Dindorfium) constat e partibus duabus, quarum altera est saeculi XIII, altera, in qua Podag. et Oc. traduntur, saec. XIV.

De N = Parisino 2957 a Nileno saeculo XV tributo et de i = Urb. I supplemento a Nileno saeculo XVI/XVII tributo, nihil inveni.

𝔄 = Vaticanus 87 est codex chartaceus, qui a C. B. Hasio saeculo XIV tribuitur. M. Rothsteinius (p. 65) se nescire dicit, an sit etiam recentior.

Θ = Parisinus 2956 e duabus partibus constat, quarum alteram, in qua et alia sunt et Pod. et Oc., saeculo XIV, alteram s. XV scriptam esse Belinus putat. Totum codicem saeculo XV tribuit Omont, cuius sententiam Nilenus comprobat (Prolegom. p. 51*).

Magis quam singulos codices describere nostra interest codicum inter se conexum et eorum auctoritatem cognoscere. Atque valde doleo, quod de hac re adhuc parum constat. Mihi igitur nihil aliud agendum est nisi codices, quod attinet ad Pod. et Oc., inter se conferendum.

Omnium secundae classis codicum antiquissimus et fide dignissimus Rothsteinii et Nileni et Rabii sententia Γ codex est, „quem, ut ait Rothsteinius (p. 41) ubique videmus ab archetypi lectionibus non discedere nisi in levioribus.“ Eum ex ipso archetypo descriptum esse eidem viro docto verisimile videtur (p. 10). Nilenus hunc codicem tanti aestimat, ut eius libellorum ordinem in editione sua sequatur, id quod Rabius quoque in scholiorum editione facit. Minime igitur potest esse dubium, quin Γ codicis lectiones, si modo aliqua ratione defendi possint, servare debeamus.

X = Pal. 73 tam prope ad Γ accedit, ut Rothsteinius eum ex Γ descriptum esse putet, „ita tamen, ut intercedat apographum ex aliis fontibus non numquam correctum.“ Sed Nilenus X codicem ex Γ descriptum non esse satis constare mecum communicavit atque ex Γ ne derivatum quidem esse censet, etsi ei haec quaestio adhuc nondum satis absoluta videtur. Si autem ita est, eo maiorem fiduciam habere licet de iis locis, quibus Γ et X inter se consentiunt. Differentiae, quae quod attinet ad Podagram et Ocypodem inter Γ et X exstant, minores sunt, quam ut quaestionem ad exitum producere possint. Tamen unum locum adfero, quo Nilenum recte iudicare ostendi videtur. Ocypodis enim v. 12 ἔοικε tradunt ΓN edd: sed ἔοικεν et tradit X et habuit sine dubio Γ^0 (id est Γ codicis antigraphum), id quod ex ratione, qua ε littera verbi ἔοικε et μ sequentis verbi μαστίχην in Γ codice coniunctae sunt, Nilenus intellexit.

Artissime quoque inter se cohaerent N et i codices; nam his tantum locis differentiis pusillis praetermissis inter se differunt:

1) cf. Vogt, De Luciani libellorum pristino ordine quaestiones. Diss. Marburg 1889 p. 11.

N	i
Pod. v. 106 τεκοῦcα et superscr. est ἀνέcχε N om. ἀνέcχε Γ	τεκοῦcα ἀνέcχε i
Oc. v. 70 ὢν γὰρ ΓN	γὰρ ὢν i
73 κέκληται N	κεῖται ΓXi

i codicem non a N codice derivatum esse Oc. v. 73 ostendere videtur, puto igitur N et i ex eodem tantum fonte fluxisse, nisi fortasse κεῖται in i codice alterius codicis auxilio correctum est. N autem multis locis a Γ codice differt, atque semper, si N meliores lectiones quam Γ praebet, leni coniectura Γ codicis lectio corrigi poterat. His locis N meliores lectiones quam Γ habere mihi videtur:

Γ	N
Pod. 5 γ' Γ	τ' NiΘ
15 ἀθροκηδέcιν Γ	ἀρθροκηδέcιν Ni
146 ὁ om. Γ	habet N
202 δωδεικοφόβα ΓKC	δοιδυκοφόβα N[1])
247 θεοῖcιν ΓK	θεοῖc N
277 τόccη δράcιc ΓXK	δράcιc τόcη N[1])
285 ἄκροιc ΓX	ἄχρι $\Gamma^a X^3$N
305 ἰχὼρ ἢ ΓXKC	ἰχῶρι N
317 ἔcχεν ἰόβη ΓXK	ἔcχε νιόβη NiΘ
Oc. 46 μὴ μέ τι Γ	μὴ μή τι N
132 φράcαιο ΓX	φράcαι N
138 λέγειc om. ΓX	habet N

Γ igitur plerumque his locis cum aliis codicibus congruit, ut N interpolatum esse appareat. Meliores autem lectiones quam N tradit Γ in versibus his

Pod. 1 οὔνομ' ΓΘ	ὄνομ' Ni
34 ὄρεα ΓK	οὔρεα Ni
41 ἀϋτήν ΓKΘ	ἄτην Ni
53 γόοιc ΓK	γόηcιν Ni
205 ἤντηcαc Γ	ἤντηcα NK
278 παῦcαι ΓX	παύcειν N
297 κέχριcθε χαλαcάτω φλογῶν πόνοc Γ	κέχριcθε κοὐ χαλᾶ φλογμὸc πόνων $N\Gamma^a M$
Oc. 3 δεcμῷ ΓXΘi	δεcμοῖc N
6 τἀτρεκῆ ΓX	ἀτρεκῆ NiΘ
9 προcκόψαc ΓXΘ	προκόψαc Ni
60 θέλω ΓX	θέλων Ni
73 κεῖται ΓXi	κέκληται N
81 ποcίν ΓX𝔄	ποδιcι N
88 ἐμβροχήν ΓX	ἐμβολήν Ni
93 τομαῖcι ΓXi	τομαῖc coι N

1) De Pod. v. 202 et 277, de quibus valde dubito, vide infra p. 33. 35.

Videtur igitur Fritzschius iure codicem N inter eos Parisinos numeravisse, quorum nulli multum tribuere liceat. Ceterum Nilenus mecum communicavit in reliquis quoque libellis N codicem a Γ recedere atque cum codice E (= Harl. 5694 s. IX/X) aut eius correctore E^{a} (= i. e. Aretha episcopo) et in iis libellis, quos E non habeat, cum codicibus E codici propinquis consentire solere, etsi in omnibus fere libris loci sint, quibus N cum Γ codice congruat.

Γ^{a} uno tantum loco ab omnibus codicibus differt: Pod. 233 ἰλυσπωμένῳ Γ^{a} ἐκλυομένῳ ΓKN; de duobus locis non satis constat: Pod. 162 σφυράθους Γ, scripsit π litteram super φ Γ^{a}, ut nesciam, utrum σπυράθους hic corrector legerit an πυράθους, quam formam NΘ tradunt. Pod. 175 ἔλαβεν Γ, ἔλλαβεν Γ^{a}, ut videtur, sed res non clara est. Omnibus autem ceteris locis Γ^{a} cum N codice consentit; cf. Pod. v. 7, 29, 46, 68, 107, 145, 285, 297.[1]) Quamquam lectiones, quas his locis Γ^{a} tradit, bonae videntur, tamen eas meras coniecturas esse puto, praesertim cum in Pod. et Oc. fabulis numquam Γ^{a} correctoris lectionibus γρ nota praemissa sit, id quod in aliis libris non raro factum esse supra vidimus.

M codex saepe ab omnibus ceteris differt: Pod. 24, 31, 70, 91, 93, 160, 161, 175, 213, 304. Oc. 45, 46, 63, 113. Quibus locis nihil boni praebet, atque Rothsteinii sententiam, qui hunc codicem foedissime interpolatum nominat, (p. 50) confirmatam videmus. Nonnullis locis cum nullo codice nisi cum N aut cum N et i consentit: P. 41, 112, 138. Oc. 170. Omnibus autem locis, quibus M et N codices non inter se congruunt, aut M aut N ab omnibus ceteris differt.

𝔄 quoque codex nonnumquam ab omnibus recedit atque his locis falsa tradit: Pod. 8, 30, 57, 83, 99, 111, 161, 194, 214, 233, 237, 297, 302, 303, 309. Oc. argumenti v. 3, 5; v. 9, 26. Praeterea ex paucis, quas Dindorfius adfert lectionibus intellegi potest 𝔄 et Θ codices inter se propinquos esse. Quod potissimum iis locis ostenditur, quibus 𝔄 et Θ consentientes ab omnibus ceteris codicibus recedunt: Pod. v. 182, 239, 298, 334. Oc. argum. 4. Conexum inter 𝔄 et Θ esse indicant hi quoque versus: Pod. 236, 298. Oc. argum. 5.

𝔄 igitur et Θ codices ex eodem fonte, a quo quidem uterque haud paulum distat, derivandi videntur. M. Rothsteinius (p. 64 sq.) 𝔄 codicem foedissime interpolatum esse dicit; „cuius tamen“, inquit „librarius ita bonis et antiquis fontibus usus sit, ut eo carere in verbis Luciani restituendis omnino non possimus, quamquam multo cautius quam fieri plerumque solet, adhibendus est.“ Similiter igitur de Θ codice iudicandum est, praeterquam quod etiam magis quam 𝔄 interpolatus videtur. Differt enim ab omnibus codicibus locis his: Pod. 6, 10, 15, 20, 21, 34, 61, 71, 74, 102, 108, 134, 143, 156, 174, 175, 185, 209, 212, 224, 233, 237, 241, 258, 262, 264, 272, 299, 328, 333; Oc. 33, 41, 48, 67, 93, 102, 109, 114, 115, 128, 129, 136, 145, 149, 163, 168, 170, 171. Versus Pod. 72 et 73 et in Ni et in Θ coniuncti sunt,

---

1) vide infra apparatum criticum p. 1 sqq.

v. 164^{r} in Θ et N πυράθους, in Γ σφυράθους legi. Nec tamen audeo ex his duobus locis quidquam concludere.

In K codice perpauci sunt loci, iique parvi aestimandi, quibus et cum N codice consentiat et a Γ differat: Pod. 38, 127, 185, 205, 332. Omnibus autem reliquis locis, quibus N a Γ differt, K aut cum Γ consentit aut ab omnibus codicibus recedit; atque ab omnibus recedit locis his: Pod. 19 (bis), 107, 112, 171, 187, 234, 256, 276, 280, 281. Nihilo minus codici Γ finitimus est, nam nonnullis locis cum Γ et X consentit, quibus ceteri codices ab iis differunt: Pod. 32, 53, 103, 138, 187, 237, 247, 317. Magni faciendus est imprimis v. 107, ubi Γ tradit μοίρη τότε ἔλευσεν λίθῳ, Γ^{a} μοίρη τότε ἔλουσεν κλωθώ. K autem consentiens cum codice C tradit: μοίρη τότε ἔλουσε λίθῳ κλωθώ. Nec minus memoratu dignus videtur v. 145: παίων Γ, sed suprscr. πάντων Γ^{a}, παιήων πάντων tradit K. Puto igitur K codicem a Γ iam correcto derivandum esse. Cum codice K arte coniungendus est codex C. Nam quantum ex Dindorfii et Jacobitzii apparatibus intellegi potest, his tantum locis non easdem lectiones habent: Pod. 112, 149, 173, 193, 202, 237. Versus autem, quibus et inter se consentiunt et una ab reliquis codicibus differunt, ostendunt, quam arte inter se conexi sint: Cf. Pod. 4, 19, 107, 132, 174, 175, 197, 236, 272. Atque K et C codices ex eodem fonte derivandos esse eo quoque apparet, quod in utroque codice ante Podagram Astrologia libellus est positus, nam in nullo alio codice hoc invenimus. Quibus expositis inter Γ et C codices eandem fere rationem intercedere cognoscitur, quae est inter Γ et K. Quamquam C et K ex eodem antigrapho descriptos esse non puto, tamen non multos codices inter eos et communem utriusque fontem intericiendos esse verisimile est.

Quae cum exposuerim, hoc ordine codices collocandos esse puto, ut quo quisque propius ad archetypum accedat, indicetur: ΓXKCMNi𝔄Θ. Atque coniungendi sunt aliquo modo codices Γ et X, K et C vel potius ΓXKC, M et N et i, 𝔄 et Θ. Interpolati autem iam videntur K et C, multo magis MNi, maxime 𝔄 et Θ. Quare meum esse puto Γ codicis lectiones, dummodo fieri possit, tenere et tum demum reliquos codices auxilio arcessere, cum quae Γ tradit, nullo modo defendi possint.

Quoniam de codicibus satis exposuisse mihi videor, nunc Nileno permittente atque suadente Podagram et Ocypodem critica ratione edere conabor. Qua in re quantopere, ut in toto hoc commentario, *Radermacher* praeceptor meus me adiuverit, non solum ex coniecturis eius existimes quaeso; ac quantum, quod attinet ad apparatum criticum, *Nileno* debeam, iam supra dixi.

Index

pag.
I **Editio** . . . . I—XII, 1—46
1. Podagra . . . . 1—15
2. Ocypus . . . . 16—23
3. Adnotationes in Podagram . . . . 24—38
4. Adnotationes in Ocypodem . . . . 39—46
II **De re metrica** . . . . 47—62
1. De spondeis et pedibus solutis . . . . 47—57
2. Da caesura et diaeresi 58
3. De synaloephe 58
4. De hiatu 59
5. De vocabulis monosyllabis in exeunte versu collocatis . . . 60
6. De lege Porsoniana 60
7. De correptione Attica 61, 62
De metris lyricis cf. Adnotationes: de Anacreonticis p. 25; de cholanapaestis p. 27—29, 75, 78; de hexametris miuris p. 36, 37, 78.
III **De genere dicendi** . . . . 63—71
1. De verbis apud Lucianum non occurrentibus . . . . 63—66
2. De formis Ionicis 66
3. De formis inferioris Graecitatis 67
4. De tragicorum imitatione . . . . 69—71
5. De Podagrae et Ocypodis locis inter se similibus 71
IV **De auctoribus** . . . . 72—82
1. De Podagrae Luciano auctore . . . . 72—79
2. De Ocypodis Acacio auctore . . . . 79—82

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΠΟΔΑΓΡΑ
ΑΚΑΚΙΟΥ ΩΚΥΠΟΥΣ

Tabula siglorum

Codicum sigla

Γ = Vaticanus 90 s. X
X = Palatinus 73 s. XII
K = Vindobonensis 165 s. XIV
C = Parisinus 3011 s. XIV
M = Parisinus 2954 s. XIV
N = Parisinus 2957 s. XV
i = Urb. I supplem. s. XVI/XVII
𝔄 = Vaticanus 87 s. XIV/XV
Θ = Parisinus 2956 s. XV

Editionum sigla

a = Luciani Sam. opera, Florentiae 1496; editio prima
w = Lucianus gr. et lat. ad edit. Hemsterhusii et Reitzii expressus Bipont. 1789—1793
x^1 = Lucianus ed. C. Jacobitz Lips. 1836—1841
x^2 = ,, ,, ,, ,, in B. T.
y = ,, ,, Guil. Dindorf Paris 1840
z = ,, ,, Imm. Bekker Lips. 1853

ΠΟΔΑΓΡΑ.

ΠΟΔΑΓΡΟΣ, ΧΟΡΟΣ, ΠΟΔΑΓΡΑ, ΑΓΓΕΛΟΣ, ΙΑΤΡΟΙ ΚΑΙ ΒΑΣΑΝΟΙ.

ΠΟΔΑΓΡΟΣ ᾯΩ στυγνὸν οὔνομ', ὦ θεοῖς στυγούμενον,
Ποδάγρα, πολυστένακτε, Κωκυτοῦ τέκνον,
ἣν Ταρτάρου κευθμῶσιν ἐν βαθυσκίοις
Μέγαιρ' Ἐρινὺς γαστρὸς ἐξεγείνατο
μαζοῖσί τ' ἐξέθρεψε, καὶ πικρὸν βρέφει
εἰς χεῖλος ἐστάλαξεν Ἀλληκτὼ γάλα,
τίς τὴν δυσώνυμόν σε δυστήνων ἄρα
εἰς φῶς ἀνῆκεν; ἦλθες ἀνθρώποις βλάβος.
εἰ γὰρ τεθνῶσιν ἀμπλακημάτων τίσις
βροτῶν ὀπηδεῖ τῶν ἔδρασαν ἐν φάει,
οὐ Τάνταλον ποτοῖσιν, οὐδ' Ἰξίονα
τροχῷ στροβητόν, οὐδὲ Σίσυφον πέτρῳ
ἔδει κολάζειν ἐν δόμοισι Πλουτέως,
ἁπλῶς δὲ πάντας τοὺς κακῶς δεδρακότας
τοῖς σοῖς προσάπτειν ἀρθροκηδέσιν πόνοις,
ὥς μου τὸ λυπρὸν καὶ ταλαίπωρον δέμας
χειρῶν ἀπ' ἄκρων εἰς ἄκρας ποδῶν βάσεις
ἰχῶρι φαύλῳ καὶ πικρῷ χυμῷ χολῆς

Inscriptio ΠΟΔΑΓΡΑ sic Γ Nilenus: τραγοποδάγρα Γ[a] M N i 𝔄 a w τραγῳδοποδάγρα K C Θ (δο est suprscr. in KΘ) Τραγῳδοποδάγρα x y z ΠΟΔΑΓΡΟΣ —ΒΑΣΑΝΟΙ nomina om. libri 1 ΠΟΔΑΓΡΟΣ edd.: om. Γ i Θ, habeat N an omittat non potest diiudicari ex imagine photogr., ut quae marginis partem extremam non contineat. | οὔνομ' ΓΘa: ὄνομ' Ni 4 Μέγαιρ' edd.: μέγειρ' libri | Ἐρινὺς Γ: ἐριννὺς NiΘ ἐριννῦς K | ἐξεγείνατο ΓNiΘ: ἐξενέγκατο KC ἐξηνέγκατο Nauck, etsi ἐξηνείκατο praefert. 5 τ' NiΘ edd.: γ' Γ | πικρὸν v. Herwerden: πικρῷ libri edd. μικρῷ m. antiqua in M 6 Ἀλληκτὼ edd.: ἀλλήκτῳ Γ ἀληκτὼ Nia Ἀληκτὼ wx ἀλήκτως Θ ἀπώστως suprscr. in Θ 7 δυστήνων Γ: δαιμόνων Γ[a]NiΘ edd. 8 ἦλθες ἀνθρώποις libri edd.: ἦλθεν ἄνοις 𝔄. 9 et 10 desunt in C | τεθνῶσιν libri edd.: τεθνεῶσιν a 10 βροτῶν ΓMNi𝔄x: βροτοῖς Θawy 13 deest in K et C 15 προσάπτειν libri edd.: προσάπτεις C | ἀρθροκηδέσιν Ni edd.: ἀ ροκηδέσιν Γ ἀθροκηδέσι Θ 18 ἰχὼρ ὁ φαυλὸς καὶ πικρὸς χυμὸς χολῆς Pelletus

πνεύματι βιαίῳ τόδε διασφίγγον πάθος
ἔστηκε καὶ μεμυκὸς ἐπιτείνει πόνους.
σπλάγχνων δ' ἐπ' αὐτῶν διάπυρον τρέχει κακόν
δίναισι φλογμῶν σάρκα πυρπολουμένην,
ὁποῖα κρητὴρ μεστὸς Αἰτναίου πυρὸς
ἢ Σικελὸς αὐλὼν ἁλιπόρου διασφάγος,
ὅπου δυσεξέλικτα κυματούμενος
σήραγξι πετρῶν σκολιὸς εἰλεῖται κλύδων.
ὦ δυστέκμαρτον πᾶσιν ἀνθρώποις τέλος,
ὡς εἰς μάτην σε πάντες ἀμφιθάλπομεν
ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βαυκαλώμενοι.
ΧΟΡ Ἀνὰ Δίνδυμον Κυβήβης
Φρύγες ἔνθεον ὀλολυγὴν
ἁπαλῷ τελοῦσιν Ἄττῃ,
καὶ πρὸς μέλος κεραύλου
Φρυγίου κατ' ὄρεα Τμώλου
κῶμον βοῶσι Λυδοί·
παραπλῆγες δ' ἀμφὶ ῥόπτροις
κελαδοῦσι Κρητὶ ῥυθμῷ
νόμον εὐὰν Κορύβαντες.
κλάζει δὲ βριθὺ σάλπιγξ
Ἄρει κρέκουσα θούρῳ
πολεμηίαν ἀϋτήν.
ἡμεῖς δὲ σοί, Ποδάγρα,

19 πνεύματι βιαίῳ libri edd.: πνεῦμά τε βίαιον Pelletus | τόδε KC Guyetus y: τῶδὲ Γ (in Γ supra ῶ alio atramento aut accentus gravis aut fortasse punctum est scriptum, ut lectio suspecta indicaretur) τῶδε NiΘ τῷδε awz | διασφίγγον ΓNi edd.: διασφίγγων Θ | πάθος: πόρους libri edd. 20 ἔστηκε καὶ μεμυκὸς ΓNi edd.: ἔτ ξε καὶ δεδυκός Pelletus ἔστηκε καὶ μακροὺς Θ | ἐπιτείνει ΓNi edd.: ἐπεντείνει Θ 21 δ' ἐπ' libri awxz: δ' ἀπ' Schmidius y 22 πυρπολουμένην libri: πυρπολούμενον edd. 23 κρητὴρ ΓiΘ awz: κρατὴρ Ny (sed in N super α script. videtur η) 24—25 desunt in C 24 Σικελὸς ΓNiΘ edd.: σικελικὸς Ma | ἁλιπόρου libri edd.: ἁλισπόρου a 26 σήραγξι KΘ edd.: σήραξι ΓNia 27 τέλος libri edd.: βέλος Bernardus F. Herrmann 29 βαυκαλώμενοι Radermacher: βακηλούμενοι Γ βουκολούμενοι Γ^{a}NiΘ edd. 30 ΧΟΡ. Γ: in Ni in margine ante v. 29 scr. huc sine dubio pertinens Χορ. ποδαγρῶν Θ | ἀνὰ Δίνδυμον Γ a edd.: ἀναδίδυμον N ἀνὰ δίδυμον iΘ ἀνὰ δινδύμων a | Κυβήβης wxy: Κυβήσης libri κυθήσης i ut videtur. 31 ἔνθεον libri: ἔνθουν y 32 ἁπαλῷ ΓNiΘ: ἁπλῷ M (α suprscr. a m. rec.) 32 Ἄττῃ Γ (omisso i subscripto) Kax: Ἄττει M (η est sprscr.) NiΘwyz 34 ὄρεα ΓKMC a xyz: οὔρεα Niw ὤρεα Θ 36 δ' libri edd.: delet Guyetus | ἀμφὶ ῥόπτροις NiΘ edd.: ἀμφιρόπτροις ΓKC 38 εὐὰν Κορύβαντες awx^{1}yz: εὖ ἂν κορύβαντες libri (εὖ ἂν κορυβάντες Γ) Κορύβαντες εὐὰν Gavelentius x^{2} ἐὸν Κορύβαντες Guyetus 39 δὲ βριθὺ y: δὲ βρίθουσα libri awx^{1}z βρίθουσα (omisso δὲ) x^{2} 41 ἀϋτήν ΓKΘwxyz: ἄτην MNia

πρώταις ἔαρος ἐν ὥραις
μύσται τελοῦμεν οἴκτους,
ὅτε πᾶς χλοητόκοισιν
ποίαις τέθηλε λειμών,
Ζεφύρου δὲ δένδρα πνοιαῖς
ἁπαλοῖς κομᾷ πετήλοις,
ἁ δὲ δύσγαμος κατ' οἴκους
μερόπων θροεῖ χελιδών,
καὶ νύκτερος καθ' ὕλαν
τὸν Ἴτυν στένει δακρύους'
Ἀτθὶς γόοις ἀηδών.
ΠΟΔΑΓΡΟΣ Ὤμοι πόνων ἀρωγόν, ὦ τρίτου ποδὸς
μοῖραν λελογχὸς βάκτρον, ἐξέρειδέ μου
βάσιν τρέμουσαν καὶ κατίθυνον τρίβον,
ἴχνος βέβαιον ὡς ἐπιστήσω πέδῳ.
ἔγειρε, τλῆμον, γυῖα δεμνίων ἄπο
καὶ λεῖπε μελάθρων τὴν ὑπώροφον στέγην.
σκέδασον δ' ἀπ' ὄσσων νύχιον ἀέρος βάθος
μολὼν θύραζε καὶ πρὸς ἡλίου φάος
ἀθόλωτον αὔραν πνεύματος φαιδροῦ σπάσον·
δέκατον γὰρ ἤδη τοῦτο πρὸς πέμπτῳ φάει,
ἐξ οὗ ζόφῳ σύγκλειστος ἡλίου δίχα
εὐναῖς ἐν ἀστρώτοισι τείρομαι δέμας.
ψυχὴ μὲν οὖν μοι καὶ προθυμία πάρα
βάσεις ἀμείβειν ἐπὶ θύρας ὡρμημένῳ,
δέμας δὲ νωθρὸν οὐχ ὑπηρετεῖ πόνοις.
ὅμως δ' ἐπείγου, θυμέ, γινώσκων ὅτι
πτωχὸς ποδαγρῶν· περιπατεῖν ἄν τις θέλῃ

45 χλοητόκοισιν ΓΘ: χλοητόκοισι Ni edd. 46 ποίαις Γ^{a}NiΘ edd.: πόλιος Γ 47 δένδρα πνοιαῖς Gavelens xyz: δένδρα πνοαῖς libri δένδρεα πνοαῖς aw 49 ἁ δὲ libri awx^{1}z: ἁ (omisso δὲ) yx^{2} ὅδε Guyetus 51 νύκτερος libri awx^{1}: νυκτέροις Guyetus yzx^{2} 52 δακρύους' yzx^{2}: δακρύοις libri awx^{1} 53 deest in C | Ἀτθὶς NiΘ edd.: Ἀτθὶ Γ | γόοις ΓKa edd.: γόησιν N et, ut videtur, i γόοισιν M𝔄Θ γοῶσ' Guyet. x^{1} 54 ΠΟΔΑΓΡΟΣ NiΘ (in N nomen ante v. 52 quoque in margine extat ad v. 54 sine dubio pertinens, quamquam idem nomen extat in intercolumnio ante v. 54): om. Γ Ὠκύπους K 55 λελογχὸς libri edd.: λελογχὼς a 57 ἴχνος βέβαιον Guyet. Pellet. xyz: ἴχνος τε βαιὸν libri aw | ἐπιστήσω ΓNi edd.: ἐπιστήσας 𝔄 59 λεῖπε libri awx^{1}: λίπε Guyet. yzx^{2} 60 σκέδασον libri edd.: κέδασον C 61 post μολὼν insertum δὲ in C | φάος ΓNi edd.: φάους Θ 63 φάει libri edd.: φάος Guyet. 65 ἐν a. m. rec. in M 67 θύρας ΓNi: θύραις M (sed i puncto est affectum) 68 πόνοις Γ𝔄Θ: πόθοις Γ^{a}Nia edd. 70 ποδαγρῶν Γa edd.: ποδαγρὸς MN𝔄Θ ποδαγρὸν F. Hermann | ἄν τις Raderm.: ἂν μὴ libri plerique ἂν M (μὴ a m. rec.) μὲν ἂν a edd.

καὶ μὴ δύνηται, τοῦτον ἐν νεκροῖς τίθει.
ἀλλ᾽ εἶα.
τίνες γὰρ οἵδε βάκτρα νωμῶντες χεροῖν,
κάρηνα φύλλοις ἀκτέας καταστεφεῖς;
τίνι δαιμόνων ἄγουσι κωμαστὴν χόρον;
μῶν Φοῖβε Παιάν, σὸν γεραίρουσιν σέβας;
ἀλλ᾽ οὐ στέφονται Δελφίδος φύλλῳ δάφνης.
ἦ μή τις ὕμνος Βακχίῳ κωμάζεται;
ἀλλ᾽ οὐκ ἔπεστι κισσίνη σφραγὶς κόμαις.
τίνες ποθ᾽ ἡμῖν, ὦ ξένοι, βεβήκατε;
αὐδᾶτε καὶ πρόεσθε νημερτῆ λόγον.
τίς δ᾽ ἐστίν, ἣν ὑμνεῖτε, λέξατ᾽, ὦ φίλοι.
ΧΟΡ Σὺ δ᾽ ὢν τίς ἡμᾶς καὶ τίνων προσεννέπεις;
ὡς γάρ σε βάκτρον καὶ βάσις μηνύετον,
μύστην ὁρῶμεν τῆς ἀνικήτου θεᾶς.
ΠΟΔΑΓΡΟΣ Εἷς εἰμι κἀγὼ τῆς θεᾶς ἐπάξιος;
ΧΟΡ Τὰν μὲν Κυπρίαν Ἀφροδίταν
σταγόνων προπεσοῦσαν ἀπ᾽ αἰθέρος
ἀνεθρέψατο κόσμιον ἁρμογὰν
ἁλίοις ἐνὶ κύμασι Νηρεύς.
τὰν δ᾽ Ὠκεανοῦ παρὰ παγαῖς
Ζηνὸς παράκοιτιν Ὀλυμπίου
λευκώλενον εὐρέσι κόλποις
Ἥραν ἐτιθήνατο Τηθύς.
κορυφαῖσι δὲ κρατὸς ἐν ἀφθίτου
ἐλόχευσε κόραν ἄτρομον φυὰν
Κρονίδας, μέγ᾽ ἄριστος Ὀλυμπίων,
τὰν ἐγρεκύδοιμον Ἀθάναν.
τὰν δ᾽ ἡμετέραν θεὸν ὀλβίαν

71 δύνηται ΓΝΘ edd.: δύναται i | τίθει ΓΝi: τίθεαι Θ 72 et 73 coniuncti sunt in NiΘ 74 ἀκτέας ΓΝi edd.: ἀκτέοις Θ 75 τίνι Pelletus edd.: τίνα libri 78 ἦ MCNiΘayzx^2: ἡ Γwx^1 | Βακχίῳ ΓΚΜC𝔄yx^2: Βακχίων N Guyet. x^1 βακχείῳ a Βακχείων w. 82 λέξατ᾽ Ni: λέξατε ΓΚC | ὦ ΓNi: om. K 83 ΧΟΡ. Γ in N et i ante v. 82 ad v. 83 sine dubio pertinens, quamquam ante v. 83 quoque in intercolumnio extat | τίνων ΓNi: τινος 𝔄 84 βάσις Ni edd.: βάσεις Γ 86 Εἷς εἰμι Ni edd.: εἶσιμι Γ 89 ἀνεθρέψατο Γi edd.: ἂν ἐθρέψατο N 90 ἁλίοις Pelletus xyz: ἅλιος libri aw | Νηρεύς ΓNi: νιρεύς K 91 δ᾽ om. M additum a m. rec. 92 Ζηνὸς libri ax^1z: Ζανὸς Gavelens yx^2 93 λευκώλενον ΓNi: λευκωλένου M | εὐρέσι NiC edd.: εὐρέσει Γ 94 Τηθύς Γi: (i in τιθύς corrigere voluit) τιθύς N 96 κόραν libri x^1: κόρας yzx^2 κόρης aw 99 ἡμετέραν libri a (in Γ super η a manu rec. ὑ scriptum est): ἁμετέραν Gavelens wxyz ibid. δ᾽ om. 𝔄

ὁ γέρων λιπαραῖσιν ἐν ἀγκάλαις
πρώταν ἐλόχευσεν Ὀφίων.
ὅτ᾽ ἐπαύσατο μὲν σκότιον χάος
ἀνέτειλέ τε λαμπέτις ἠὼς
καὶ παμφαὲς ἀελίου σέλας,
τότε καὶ Ποδάγρας ἐφάνη κράτος.
ὅτε γὰρ λαγόνων σε τεκοῦσα
Μοίρη τότ᾽ ἔλουσε Κλωθώ,
ἐγέλασσεν ἅπαν σέλας οὐρανοῦ,
μέγα δ᾽ ἔκτυπεν εὔδιος αἰθήρ.
τὴν δ᾽ εὐγλαγέτοις ἐνὶ μαζοῖς
εὔολβος ἐθρέψατο Πλούτων.
ΠΟΔΑΓΡΟΣ Τίσιν δὲ τελεταῖς ὀργιάζει προσπόλους;
ΧΟΡ Οὐχ αἷμα λάβρον προχέομεν ἀποτομαῖς σιδάρου,
οὐ τριχὸς ἀφέτου λυγίζεται στροφαῖσιν αὐχήν,
οὐδὲ πολυκρότοις ἀστραγάλοις πέπληγε νῶτα,
οὐδ᾽ ὠμὰ λακιστῶν κρέα σιτούμεθα ταύρων·
ὅτε δὲ πτελέας ἔαρι βρύει τὸ λεπτὸν ἄνθος
καὶ πολυκέλαδος κόσσυφος ἐπὶ κλάδοισιν ᾄδει,
τότε διὰ μελέων ὀξὺ βέλος πέπηγε μύσταις,
ἀφανές, κρύφιον, δεδυκὸς ὑπὸ μυχοῖσι γυίων,
πόδα, γόνυ, κοτύλην, ἀστραγάλους, ἰσχία, μηρούς,
χέρας, ὠμοπλάτας, βραχίονας, κορωνά, καρποὺς
ἔσθει, νέμεται, φλέγει, κρατεῖ, πυροῖ, μαλάσσει,

102 ὅτ᾽ ἐπαύσατο Nia: ὅτε παύσατο Γ ὅτι παύσατο 𝔄 ὅτ᾽ ἐπεκύσατο Θ | χάος Boivinus xy: φάος libri awz 103 λαμπέτις Ni edd.: λαμπέτης ΓΚ | ἠὼς libri ax^1: ἀὼς yzx^2 105 ἐφάνη ΓΝ (sed ε aut casu aut consulto del. m. rec. in N): φάνη i 106 λαγόνων ΓΝ: λαγώνων i | τεκοῦσα ΓΝ: (in N ἀνέσχε est sprscr.) τεκοῦσα ἀνέσχε i 107 Μοίρη τότ᾽ ἔλουσε Κλωθώ Radermacher: μοίρη τότε ἔλευσεν λίθῳ Γ (sed in Γ super ευ vocis ἔλευσεν scrpt. est ου a $Γ^a$, praeterea in margine κλωθὼ scrpt. est a $Γ^a$ aut fortasse a prima m. ipsa, atque signo sprscr. κλωθὼ vocem ad λίθῳ referendam esse indicatur) μοίρη τότε ἔλουσε λίθω κλωθὼ KC Μοῖρα Κλωθὼ τότ᾽ ἔλουσεν Ni edd. 108 ἐγέλασσεν Reitzius edd.: ἐγέλασεν ΓΝia γέλασεν Θ 110 τὴν libri ax^1: τὰν yzx^2 | εὐγλαγέτοις ΓNi edd.: εὐγλαέτοις K 111 εὔολβος ΓNi: εὔολμος 𝔄 112 ΠΟΔΑΓΡΟΣ edd.: om. Γ (sed τ littera vocis τίσιν extra marginem scripta est) om. i et fort. N (cf. v. 1) | Τίσιν δὲ ΓCMNiyzx^2: τίσι δὲ K τίσι δ᾽ ἐν awx^1 ἐν τίσι δὲ Ed. Seiler | ὀργιάζει ΓC edd.: ὀργιάζεις MNi ἧδ᾽ ὀργιάζει vel κατοργιάζει Jensius 113 ΧΟΡ. om. Γi et fort. N (cf. v. 1) | προχέομεν Guyet. xyz: προσχέομεν libri a προσφέρομεν m. rec. in M | ἀποτομαῖς G. Hermann xyz: ἀπὸ στόματος libri aw | σιδάρου ΓNi: σιδήρου C 116 λακιστῶν ΓΚC𝔄Θ (ο super ω scrpt. in C): λακιστὰ Na edd. 118 ᾄδει ΓN i edd.: ἀείδει K 120 δεδυκὸς libri edd.: διαδεδυκὸς Guyet. 121 μηρούς libri edd.: ἠδὲ μηροὺς Guyet. 122 χέρας G. Hermann xz: χεῖρας libri y | κορωνά x^2: κόρωνα libri awyz κοχώνα Cobet. 123 ἔσθει Gavelens

μέχρις ἂν ἡ θεὸς τὸν πόνον ἀποφυγεῖν κελεύςῃ.

ΠΟΔΑΓΡΟΣ Εἰς ἄρα κἀγὼ τῶν κατωργιαςμένων
ἔλαθον ὑπάρχων; τοιγὰρ ἱκέτῃ πρευμενὴς
δαίμων φανείης, ςὺν δ᾽ ἐγὼ μύςταις ὁμοῦ
ὑμνῶν κατάρξω τὸ ποδαγρῶν ᾄδων μέλος.

ΧΟΡ Σῖγα μὲν αἰθὴρ νήνεμος ἔςτω,
καὶ πᾶς ποδαγρῶν εὐφημείτω.
ἴδε, πρὸς θυμέλας ἡ κλινοχαρὴς
βαίνει δαίμων ςκίπωνι βάςιν
ςτηριζομένη.
χαίροις μακάρων πολὺ πραοτάτη,
καὶ ςοῖς προπόλοις ἵλαος ἔλθοις
ὄμματι φαιδρῷ,
δοίης δὲ πόνοις λύςιν ὠκεῖαν
ταῖςδ᾽ εἰαριναῖςιν ὥραις.

ΠΟΔΑΓΡΑ Τίς τὴν ἀνίκητόν με δεςπότιν πόνων
οὐκ οἶδε Ποδάγραν τῶν ἐπὶ χθονὸς βροτῶν;
ἣν οὔτε λιβάνων ἀτμὸς ἐξιλάςκεται,
οὔτε χυθὲν αἷμα βωμίοις παρ᾽ ἐμπύροις,
οὐ ναὸς ὄλβου περικρεμὴς ἀγάλμαςιν,
ἣν οὔτε Παιὰν φαρμάκοις νικᾶν ςθένει,
παςῶν ἰατρὸς τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν,
οὐ παῖς ὁ Φοίβου πολυμαθὴς Ἀςκληπιός.
ἐξ οὗ γὰρ ἐφύη πρῶτον ἀνθρώποις γένος,
τολμῶςι πάντες τοὐμὸν ἐκβαλεῖν ςθένος

xyz: ἐςθίει libri aw | φλέγει κρατεῖ libri edd.: κρατεῖ φλέγει transponit v. Herwerden 124 μέχρις Ni: μέχρι Γ 125 ΠΟΔΑΓΡΟΣ Na: om. Γi | ἆρα K edd.: ἄρα ΓNia 126 ἱκέτῃ Radermacher: ἰκέτω Γ𝔄 Θ ἡκέτω KNiaw ἧκε Reitzius xyz 127 φανείης Radermacher: φανεὶς ΓKNi φανεῖςα m. sec. in M edd. 128 ὑμνῶν Γ m. sec. in M: ὕμνων Ni edd. 129 ςῖγα Myzx^2: ςίγα ΓNiax^1 ςιγᾶ KC (a. m. sec. ut videtur) 𝔄 ςίγ᾽ Guyet. (ommisso μὲν) | νήνεμος yzx^2: καὶ νήνεμος libri ax^1 131 ἴδε ΓNia edd.: ἡ δὲ KC ἤδη Guyet. | ἡ inseruit Pelletus edd.: om. libri | κλινοχαρὴς ΓNi edd.: κλινοχρὴς K 132 ςκίπωνι ΓNi yzx^2: ςκήπωνι C ςκίμπωνι ax^1 133 sqq. varie dividuntur in libris: finiuntur singuli versus verbis ςτηριζομένη, πολυπραοτάτη, ἔλθοις, φαιδρῷ, ὠκεῖαν, ὥραις in Γ; verbis πολυπραοτάτη, ἔλθοις, ὠκεῖαν, ὥραις in N; verbis μακάρων, προπόλοις, φαιδρῷ, ὠκεῖαν, ὥραις Pelleto auctore in xyz 133 ςτηριζομένη ΓN edd.: ςτηριζόμενος Θ 134 πολὺ πραοτάτη yx^2: πολυπραοτάτη libri ax^{1}z 135 προπόλοις ΓN edd.: προςπόλοις C𝔄 138 εἰαριναῖςιν ὥραις ΓK: εἰαριναῖς ὥραις MNaw εἰαριναῖςιν ἐν ὥραις yzx^2 ὥραις ταῖς εἰαριναῖςιν Ed. Seiler x^1 141 ἀτμὸς ΓKC𝔄ax: ἀτμὶς Nwyz 143 περικρεμὴς ΓN: περικρηνὴς 𝔄 περὶ κρηνῶν Θ 144 φαρμάκοις Γ edd.: φαρμάκων N | νικᾶν Na edd.: νικᾷ ΓK 145 παςῶν Radermacher: παίων Γ πάντων Γ^{a}N edd. παιήων πάντων K 146 ὁ N edd.: om. Γ

κυκῶντες αἰεὶ φαρμάκων τεχνήματα.
ἄλλος γὰρ ἄλλην ἐπ᾽ ἐμὲ πειράζει τέχνην·
τρίβουςιν ἀρνόγλωςςα καὶ ςέλινά μοι
καὶ φύλλα θριδάκων καὶ νομαίαν ἀνδράχνην,
ἄλλοι πράςιον, οἱ δὲ ποταμογείτονα,
ἄλλοι κνίδας τρίβουςιν, ἄλλοι ςύμφυτον,
ἄλλοι φακοὺς φέρουςι τοὺς ἐκ τελμάτων,
ςταφυλῖνον ἑφθόν, οἱ δὲ φύλλα Περςικῶν,
ὑοςκύαμον, μήκωνα, βολβούς, ςίδια,
ψύλλιον, λίβανον, ῥίζαν ἐλλεβόρου, νίτρον,
τῆλιν μετ᾽ οἴνου, γυρίνην, κόλλαν, φακόν,
κυπαριςςίνην κηκῖδα, γῦριν κριθίνην,
κράμβης ἀπέφθου φύλλα, γύψον ἐκ Πάρου,
ςφυράθους ὀρείας αἰγός, ἀνθρώπου κόπρον,
ἄλευρα κυάμων, ἄνθος Ἀςςίου λίθου·
ἕψουςι φρύνους, μυγαλᾶς, ςαύρας, γαλᾶς,
βατράχους, ὑαίνας, τραγελάφους, ἀλώπεκας.
ποῖον μέταλλον οὐ πεπείραςται βροτοῖς;
τίς οὐχὶ χυλός; ποῖον οὐ δένδρου δάκρυ;
ζῴων ἁπάντων ὀςτά, νεῦρα, δέρματα,
ςτέαρ, αἷμα, μυελός, οὖρον, ἀπόπατος, γάλα.
πίνουςιν οἱ μὲν τὸ διὰ τεςςάρων ἄκος,
οἱ δὲ τὸ δι᾽ ὀκτώ, τὸ δὲ δι᾽ ἑπτὰ πλείονες.
ἄλλος δὲ πίνων τὴν ἱερὰν καθαίρεται,
ἄλλος ἐπαοιδαῖς ἐπιθετῶν ἐμπαίζεται,
Ἰουδαῖος ἕτερον μωρὸν ἐξᾴδει λαβών.

149 αἰεὶ CX: ἀεὶ libri awyz 153 ἄλλοι libri x: ἄλλοι δὲ yz 156 ςταφυλῖνον N edd.: ςταφύλῃνον Γ𝔄 ςταφύλινον C ςταφύλιν Θ | ἑφθόν ΓN: ἑφθὴν 𝔄 157 ςίδια libri edd.: ςίβδια Guyet. 158 ἐλλεβόρου ΓN edd.: ἐλεβόρου KC (C habet spiritum lenem) 159 κόλλαν, φακόν: κολλάμφακον ΓN edd. κολάμφακον C „fort. κολόμφατον" x^1 κόλλαν, ςφάκον Th. Bergk. 160 κηκῖδα Mx: κικίδα libri (accentus deest in Γ) κικῖδα aw 161 ἀπέφθου ΓN edd.: ὑπέφθου Ma ἀπεύθου 𝔄 | Πάρου Th. Bergk fort. Γ: (ex imagine photogr. intellegi non potest, quod funiculus hoc loco depictus est) γάρου Nyz 162 ςφυράθους Γ: ςπυράθους Γ^{a}wxyz πυράθους NΘ 163 Ἀςςίου Th. Bergk zx^2: Ἀςίου ΓNwx^{1}y 164 φρύνους Γ edd.: φρύρους K φρίνους N | γαλᾶς N edd.: γάλα Γ γάλας C 165 ὑαίνας ΓN ὑρίνας C 166 μέταλλον ΓN: μετάλλων C 166 πεπείραςται ΓKx: πεπείραται Nwyz 167 χυλός ΓKCx: χυμός Γ^{a}Nwyz 168 ὀςτά yzx^2: ὀςτᾶ ΓNwx^1 169 οὖρον libri edd.: οὖρος Reitziana 171 ὀκτώ, τὸ δὲ δι᾽ ἑπτὰ ΓN edd.: ὀκτώ, τὸ δι᾽ ἑπτὰ K ἑπτά τὸ δὲ δι᾽ ὀκτώ Guyetus et Solanus 173 ἐπαοιδαῖς ΓNCxyz: ἐπ᾽ ἀοιδαῖς Kw | ἐπιθετῶν N edd.: ἐπιθέτων ΓΘ περιάπτων Guyetus 174 μωρὸν edd.: μῶρον ΓMN μόρον KC | ἐξᾴδει ΓN: ἐξάγει Θ

ὁ δὲ θεραπείαν ἔλαβε παρὰ τῆς Κυρράνης.
ἐγὼ δὲ τούτοις πᾶσιν οἰμώζειν λέγω,
καὶ τοῖς ποιοῦςι ταῦτα καὶ πειρῶςί με
εἴωθ' ἀπαντᾶν μᾶλλον ὀργιλωτέρα·
τοῖςι δὲ φρονοῦςι μηδὲν ἀντίζουν ἐμοὶ
ἤπιον ἔχω νοῦν εὐμενής τε γίνομαι.
ὁ γὰρ μεταλαβὼν τῶν ἐμῶν μυςτηρίων
πρῶτον μὲν εὐθὺς εὐςτομεῖν διδάςκεται
τέρπων ἅπαντας, εὐτραπέλους λέγων λόγους·
πᾶςιν δ' ὁρᾶται μετὰ γέλωτος καὶ κρότου,
ὅτ' ἐπὶ λοετρὰ φερόμενος βαςτάζεται.
Ἄτην γὰρ ἣν Ὅμηρος εἶφ', ἦδ' εἰμ' ἐγώ,
βαίνους' ἐπ' ἀνδρῶν κρᾶτα καὶ βάςεις ποδῶν
ἁπαλὰς ἔχουςα, παρὰ δὲ τοῖς πολλοῖς βροτῶν
Ποδάγρα καλοῦμαι, γινομένη ποδῶν ἄγρα.
ἀλλ' εἶα μύςται πάντες ὀργίων ἐμῶν,
γεραίρεθ' ὕμνοις τὴν ἀνίκητον θεάν.

ΧΟΡ Ἀδαμάντινον ἦθος ἔχουςα κόρα,
πουλυςθενές, ὀβριμόθυμε θεά,
κλύε cῶν ἱερῶν θεράπων ἐνοπάς.
μέγα cὸν κράτος, ὀλβιόφρον Ποδάγρα,
τὰν καὶ Διὸς ὠκὺ πέφρικε βέλος,
τρομέει δέ ςε κύμαθ' ἁλὸς βυθίης,
τρομέει βαςιλεὺς ἐνέρων Ἀΐδας,
ἐπιδεςμοχαρές, κατακλινοβατές,
κωλυςιδρόμα, βαςανακτραγάλα,
cφυροπρηςιπύρα, μογιςαψεδάφα,

175 ἔλαβε KCMN edd.: ἔλαβεν Γ ἔλλαβεν Γ^a, ut videtur, ἔλλαβε Guyetus Jensius x^1 | Κυρράνης Th. Bergk x^2: Κυράνης ΓN𝔄 κυράννης KC κοιράνου Θ yz κοιράνης M κράνης Guyetus x^1 ὠράνης Gesner 179 τοῖςι yzx^2: τοῖς ΓNx^1 | φρονοῦςι N edd.: φρονοῦςιν Γ 180 γίνομαι libri zx: γίγνομαι wy 182 εὐςτομεῖν ΓN: εὐςτομῶν 𝔄Θ 185 ὅτ' ἐπὶ λοετρά: ὅτ' ἂν ἐπὶ λουτρὰ Γ ὅταν ἐπὶ λουτρὰ K CMNax^1 ὅταν ἐπὶ λουτρὸν Θ ὅτ' ἐπὶ τὰ λουτρὰ Guyetus yzx^2 | βαςτάζεται Γ: βαςτάζηται N 186 Ἄτην ΓNx^1z: Ἄτη, yx^2 | Ὅμηρος εἶφ', ἦδ' Boivinus Radermacher: εἶπεν Ὅμηρος ἦδ' libri Ὅμηρος εἶπ' ἦδ' Guyetus Ὅμηρος εἶπεν Reitz xyz 187 βαίνους' N edd.: βαίνουςα ΓK | κρᾶτα ΓN edd.: νῶτα K 189 γινομένη libri xz: γιγνομένη wz 191 γεραίρεθ' N: γεραίρετε ΓKC 193 πουλυςθενές K edd.: πολυςθενές ΓCN | ὀβριμόθυμε Γ edd.: ὀμβριμόθυμε CN 194 cῶν ΓN edd.: τῶν 𝔄 | θεράπων v. Herwerden: μερόπων libri edd. 196 πέφρικε N: πέφρικεν Γ 197 τρομέει ΓN: τρομεύει hic et in v. sequenti K | βυθίης Γ: βυθίας KCxz βαθείης Nw βαθέης Guyetus y 200 κωλυςιδρόμα ΓCN edd.: κωλυςοδρόμα w κωλυςιςιδρόμα K 201 μογιςαψεδάφα edd.: μογιςάψεδάφα Γ (spiritus fort. a m. post.) μόγις ἀψεδάφα N μόγις ἄψε δάφν M, sed α super ν est scr.

δοιδυκοφόβα, γονυκαυςαγρύπνα,
περικονδυλοπωροφίλα,
γονυκαμψεπίκυρτε Ποδάγρα.

ΑΓ Δέςποινα, καιρίῳ γὰρ ἤντηςας ποδί,
ἄκου', ἔπος γὰρ οὐκ ἐτώςιον φέρω,
ἀλλ' ἐςτὶ πρᾶξις τῶν λόγων ςυνέμπορος·
ἐγὼ γάρ, ὡς ἔταξας, ἠρέμῳ ποδὶ
πόλεις ἰχνεύων πάντας ἠρεύνων δόμους
μαθεῖν ποθῶν εἴ τις cὸν οὐ τιμᾷ κράτος.
καὶ τῶν μὲν ἄλλων εἶδον ἥςυχον φρένα
νικωμένων, ἄναςςα, caῖν βίας χεροῖν,
δύω δὲ τώδε φῶτε τολμηρῷ θράςει
ἐφραζέτην λαοῖςι καὶ κατωμνύτην,
ὡς οὐκέτ' ἐςτὶ cὸν κράτος ςεβάςμιον,
ἀλλ' ἔκβολον βροτῶν ςε θήςουςιν βίου.
διόπερ κραταιῶς ςυνοχμάςας δεςμῷ πόδα
πεμπταῖος ἥκω ςτάδια διανύςας δύο.

ΠΟΔΑΓΡΑ Ὡς κραιπνὸς ἔπτης, ἀγγέλων ὤκιςτέ μοι.
τίνος δὲ καὶ γῆς ὅρια δυςβάτου λιπὼν
ἥκεις; ςαφῶς μήνυςον, ὡς εἰδῶ τάχος.

ΑΓ Πρῶτον μὲν ἔλιπον πέντε βαςμῶν κλίμακα,
ξύλων τρέμουςαν διαλύτοιςιν ἁρμογαῖς,
ὅθεν με δέχεται κορδυβαλλῶδες πέδον
ςκληροῖςι ταρςοῖς ἀντερεῖδον κρούμαςιν.
ὅπερ διανύςας ἴχνεςιν ἀλγεινοῖς ἐγὼ
ἐςτρωμένην χάλιξιν εἰςέβην ὁδὸν
καὶ δυςπάτητον ὀξέςιν κέντροις λίθων.
μεθ' ἣν ὀλίςθῳ περιπεςὼν λείας ὁδοῦ

202 δοιδυκοφόβα N edd.: δωδεικοφόβα ΓKC δοιδωκωφόβα M | γονυκαυςαγρύπνα L. Dindorf edd.: γονυκλαυςαγρύπνα ΓKN γονυκλαςαγρύπνα C. Schmid 203 περικονδυλοπωροφίλα ΓN edd.: πυρικ... Guyetus 204 γονυκαμψεπίκυρτε ΓN edd.: γονυκαμψεςίγυρτε K γονυκαμψεςίκυρτε a 205 ἤντηςας Γ edd.: ἤντηςα KN 206 ἄκου' Gavel. edd.: ἄκουε libri 209 ἠρεύνων ΓN: ἤρευνον Θ 212 caῖν N edd.: caῖ Γ caῖς Θ | νικωμένων ΓN: νικώμενον C | βίας ΓKCMN: βίᾳ Θ correctum in M edd. 213 δύω ΓN: δύο C | τώδε ΓN: τάδε M | τολμηρῷ Γ: τολμηρῶ N edd. 214 κατωμνύτην ΓN: διομνύτην 𝔄 215 οὐκέτ' ἔςτι x: οὐκ ἔςτι ΓKCN οὐκ ἐςτὶν M οὐκ ἔτι a οὐκ ἔτ' ἔςτι Solanus wy 217 κραταιῶς ΓNwx^1: κραταιῷ Gavelens yzx^2 | δεςμῷ ΓN: δεςμῶν C 219 ΠΟΔΑΓΡΑ edd.: Θεὸς ποδ. Γ | ἔπτης ΓN: ἔςτης C 221 εἰδῶ yzx^2: ἰδῶ ΓN ἴδω x^1 222 βαςμῶν libri y: βαθμῶν m. rec. in Mxz 223 διαλύτοιςιν ΓN: διαλύτοις C 224 κορδυβαλλῶδες ΓN: κορδυβαλῶδες Θ 228 δυςπάτητον N: δυςπάθητον Γ | ὀξέςιν ΓK: ὀξέςι N | κέντροις Γ edd.: πέτροις MN𝔄 | λίθων ΓN: λίθον M

ἔcπευδον εἰc τὸ πρόcθε, διάλυτοc δέ μου
ἔcυρεν ὀπίcω πηλὸc ἀcθενῆ cφυρά,
δι᾽ ἧc περῶντι νότιοc ἐκ μελῶν ἱδρὼc
ἔρρει βάcιν μου, caθρὸν ἐκλύων μένοc.
ὅθεν με δέχεται πᾶν δέμαc κεκμηκότα
πλατεῖα μὲν κέλευθοc, ἀλλ᾽ οὐκ ἀcφαλήc·
τὰ μὲν γὰρ ἔνθεν, τὰ δ᾽ ἑτέρωθ᾽ ὀχήματα
ἤπειγεν, ἠνάγκαζεν, ἔcπερχεν τρέχειν.
ἐγὼ δὲ νωθρὸν ἐλαφρὰ κουφίζων πόδα
δόχμιοc ἔβαινον εἰc ὁδοῦ πέζαν cτενήν,
ἕωc ἀπήνη παραδράμῃ τροχήλατοc·
μύcτηc γὰρ ὢν cὸc ταχὺ τρέχειν οὐκ ἔcθενον.
ΠΟΔΑΓΡΑ Οὐκ εἰc μάτην, βέλτιcτε, πρᾶξιc ἥδε cοι
ὀρθῶc πέπρακται. τῇ δὲ cῇ προθυμίᾳ
ἴcαιcι τιμαῖc ἀντιcηκώcω χάριν.
ἔcτω δέ cοι δώρημα θυμῆρεc τόδε·
ἐξῆc τριετίαc πειράcῃ κούφων πόνων.
ὑμεῖc δὲ μιαροὶ καὶ θεοῖc ἐχθίcτατοι,
τίνεc πότ᾽ ὄντεc καὶ τίνων πεφυκότεc
τολμᾶτε Ποδάγραc ἀνθαμιλλᾶcθαι κράτει,
τῆc οὐδ᾽ ὁ Κρονίδηc οἶδε νικῆcαι βίαν;
λέγετ᾽, ὦ κάκιcτοι· καὶ γὰρ ἡρώων ἐγὼ
ἐδάμαcα πλείcτουc, ὡc ἐπίcτανται cοφοί.
Πρίαμοc Ποδάρκηc ποδαγρὸc ὢν ἐκλήζετο·
ἔθανε δ᾽ Ἀχιλλεὺc ποδαγρὸc ὢν ὁ Πηλέωc·
ὁ Βελλεροφόντηc ποδαγρὸc ὢν ἐκαρτέρει·
Θηβῶν δυνάcτηc Οἰδίπουc ποδαγρὸc ἦν·
ἐκ τῶν Πελοπιδῶν ποδαγρὸc ἦν ὁ Πλειcθένηc·

233 μου, caθρὸν ἐκλύων μένοc Radermacher: μου caθρὰν ἐκλυομένῳ ΓΚΝw μου caθρὰν ἰλυcπωμένω Γ^{a} caθρὰν ἰλλυcπωμένην (omisso μου) Θ caθρὰν ἀνειλυcπωμένῳ (μου deleto) yz μου caθρὰν ἐκλελυμένῳ Gavelens Er. Schmid x (coll. versu Posidippi apud Ath. 9 p. 377 C: τὸ δεῖπνον, ὁρμῆc μεcτόc, ἐκλελυμένοc, ubi Meineke ὤν inseruit post μεcτόc) 234 δέμαc ΓΝwyz: μέλοc Kx 236 ἔνθεν libri edd.: ἐνθένδε Guyetus | τὰ δ᾽ ἑτέρωθ᾽: τὰ δ᾽ ἐκεῖθεν ΓΜΝ τάδ᾽ ἐκεῖθ᾽ KC κ᾽ αὖ τὰ δ᾽ ἐκεῖθεν vel τὰ δὲ μ᾽ ἐκεῖθεν Gavelens τὰ δέ με κεῖθεν x^{1} τὰ δέ μ᾽ ἐκεῖθ᾽ yzx^{2} 237 ἔcπερχεν ΓΚ: ἔcπερχε Ν cπέρχε MC·ἔcπευδεν 𝔄 ἔπευδε Θ 239 δόχμιοc libri edd.: δόχμιον 𝔄Θ | εἰc ὁδοῦ Pelletus edd.: εἰcόδου libri εἰc ὁδὸν Guyetus 241 ἔcθενον ΓΝ: ἤθελον Θ 242 ΠΟΔΑΓΡΑ sic N: Θεόc Γ 245 ἔcτω libri edd.: ἔcται Gavel. 247 θεοῖc N edd.: θεοῖcιν ΓΚ 250 Κρονίδηc ΓΜΝ: Κρονίδαc C m. rec. in M edd. 251 λέγετ᾽ N: λέγετε ΓΧΚ 252 ὡc z: καὶ ΓΧΚC καί γ᾽ Nwx^{1} ὥc γ᾽ yx^{2} 253 ἐκλήζετο ΓΧΚ: ἐκληίζετο Ν 255 Βελλεροφόντηc ΓΧΝ: βελεροφόντηc C 256 Οἰδίπουc ποδαγρὸc ἦν ΓΧΝ edd.: ποδαγρὸc ἦν οἰδίπουc K 257 Πλειcθένηc edd.: Πληcθένηc libri

Ποίαντοc υἱὸc ποδαγρὸc ὢν ἦρχεν cτόλου·
ἄλλοc Ποδάρκηc Θεccαλῶν ἦν ἡγεμών,
ὅc, ἐπείπερ ἔπεcε Πρωτεcίλαοc ἐν μάχῃ,
ὅμωc ποδαγρὸc ὢν καὶ πονῶν ἦρχεν cτόλου·
Ἰθάκηc ἄνακτα Λαρτιάδην Ὀδυccέα
ἐγὼ κατέπεφνον, οὐκ ἄκανθα τρυγόνοc.
ὥcτ᾽ οὔτι χαιρήcοντεc, ὦ δυcδαίμονεc,
ἴcην πάcεcθε κόλαcιν οἷc δεδράκατε.
ΙΑΤΡΟΣ Σύροι μέν ἐcμεν, ἐκ Λαμαcκοῦ τῷ γένει
λιμῷ δὲ πολλῷ καὶ πενίᾳ κρατούμενοι
γῆν καὶ θάλαccαν ἐφέπομεν πλανώμενοι·
ἔχομεν δὲ χρίcμα πατροδώρητον τόδε,
ἐν ᾧ παρηγοροῦμεν ἀλγούντων πόνουc.
ΠΟΔΑΓΡΑ Τί δὴ τὸ χρίcμα καὶ τίc ἡ cκευή; φράcον.
ΙΑΤΡΟΣ Μύcτηc με cιγᾶν ὅρκοc οὐδ᾽ ἐᾷ φράcαι,
καὶ λοιcθία θνήcκοντοc ἐντολὴ πατρόc,
ὃc ἔταξε κεύθειν φαρμάκου μέγα cθένοc,
ὃ καὶ cὲ παύειν οἶδεν ἠγριωμένην.
ΠΟΔΑΓΡΑ Εἶτ᾽ ὦ κατάρατοι καὶ κακῶc ὀλούμενοι,
ἔcτιν τιc ἐν γῇ φαρμάκου τόccη δόcιc,
ὃ χριcθὲν οἶδε τὴν ἐμὴν παῦcαι βίαν;
ἀλλ᾽ εἶα, τήνδε cύμβαcιν cυνθώμεθα,
καὶ πειράcωμεν εἴτε φαρμάκου cθένοc
ὑπέρτερον πέφυκεν εἴτ᾽ ἐμαὶ φλόγεc.
δεῦτ᾽, ὦ cκυθρωπαί, πάντοθεν ποτώμεναι
βάcανοι, πάρεδροι τῶν ἐμῶν βακχευμάτων,
πελάζετ᾽ ἆccον· καὶ cὺ μὲν ποδῶν ἄκρουc

258 ἦρχεν Γ: ἦρχε XN edd. 259 Ποδάρκηc ΓΧΝ: ποδάγρηc Θ 260 ἔπεcε N edd.: ἔπεcεν ΓΧ 261 ὢν libri: om. a | ἦρχεν Γ: ἦρχε XN edd.: 262 Λαρτιάδην Θyzx^{2}: Λαερτιάδην ΓΧΝwx^{1} Λάρτιον τὸν Boivinus 264 ὥcτ᾽ Raderm.: ὡc libri edd. | χαιρήcοντεc ΓΧΝ edd.: χαρήcεcθε Θ 265 πάcεcθε Radermacher: πάθηcθε libri x^{1}y πάθητε z πάθηθε x^{2} 266 ΙΑΤΡΟΣ sic ΓΧ (compendiose scriptum) et, ut videtur, N: ΙΑΤΡΟΙ x 269 χρίcμα libri: χρῖcμα edd. 271 ΠΟΔΑΓΡΑedd.: Θεόc ποδ. Γ de N cf. v. 1 | δὴ ΓΧΝ: δὲ C | χρίcμα X m. rec. in Γ: χρῖcμα edd.: χρῆcμα Γ^{1} 272 ὅρκοc ΓΧΝ: ὅρκουc KC (οιc super ουc scrpt. in C) | οὐδ᾽ Radermacher: οὐκ libri edd. | ἐᾷ ΓΧΝ: ἐῶν Θ 275 ὃ ΓΝ: ὃc aut ὃν X 276 κακῶc ΓΧΝ: θεοῖc Kx^{1} 277 ἔcτιν edd.: ἐcτίν Γ ἐcτί X ἔcτι N | τόccη δόcιc Radermacher: τόccη δράcιc ΓΧΚC𝔄 (δρᾶcιc K) δράcιc τόcη N δρᾶcιc τόcη xyz 278 ὃ χριcθὲν οἶδε cύμβαcιν; cυνθώμεθα K | παῦcαι ΓΧ: παύcειν N 280 πειράcωμεν ΓΧ: πειρήcωμεν K | εἴτε edd.: εἴ τε N εἴ τι ΓΧΚC 281 εἴτ᾽ Γ: εἴ τ᾽ XN ἴτέ K (qui codex pro ἐμαί tradit μοι) ἴτ᾽ C 283 βακχευμάτων ΓΧ: βακχμάτων N 284 ἄκρουc ΓΧΝ: ἄκρων Θ

φλέγμαινε ταρcοὺc δακτύλων ποδῶν ἄχριc,
cὺ δὲ cφυροῖc ἔμβαινε, cὺ δὲ μηρῶν ἄπο
ἐc γόνατα λεῖβε πικρὸν ἰχώρων βάθοc,
ὑμεῖc δὲ χειρῶν δακτύλουc λυγίζετε.

ΠΟΝΟΙ ἼΙδ', ὡc ἔταξαc, πάντα cοι δεδράκαμεν·
κεῖνται βοῶντεc οἱ ταλαίπωροι μέγα,
ἅπαντα γυῖα προcβολῇ cτρεβλούμενοι.

ΠΟΔΑΓΡΑ Φέρετ', ὦ ξένοι, μάθωμεν ἀτρεκέcτερον,
εἰ χριcθὲν ὑμᾶc φάρμακον τόδ' ὠφελεῖ.
εἰ γὰρ caφῶc τόδ' ἐcτὶν ἀντίξουν ἐμοί,
λείπουcα γαῖαν εἰc μυχοὺc εἶμι χθονόc,
ἄϊcτοc ἀφανήc, πύματα Ταρτάρου βάθη.
Ἰδού, κέχριcθε, χαλαcάτω φλογῶν πόνοc.

ΙΑΤΡΟΣ Οἴμοι, παπαῖ γε, τείρομαι, διόλλυμαι,
ἅπαν πέπαρμαι γυῖον ἀcκόπῳ κακῷ·
οὐ Ζεὺc κεραυνοῦ τοῖον αἰωρεῖ βέλοc,
οὐδεὶc θαλάccηc τοῖα μαίνεται κλύδων,
οὐδὲ cτροβητὴ λαίλαποc τόccη βία.
μὴ κάρχαρον πορθεῖ με δῆγμα Κερβέρου;
μὴ τῆc Ἐχίδνηc ἰὸc ἀμφιβόcκεται,
ἢ διαβραχεὶc ἰχῶρι Κενταύρου πέπλοc;
ἐλέαιρ', ἄναccα, φάρμακον γὰρ οὔτ' ἐμὸν
168 Bene Dindorf pro ὀcτᾶ substituit ὀcτά; nam in quarto pede spondeus non adhibetur, ὀcτά autem Oppianus quoque Cyn. 1, 268 usurpavit. Secundo igitur p. Chr. n. saeculo ὀcτόν vocabulum extitisse videtur, quocum conferre licet ἀδελφιδόc pro ἀδελφιδοῦc dictum in Septuaginta interpretum qu. d. versione.[2]) χείμαρροc pro χειμάρρουc scripsit Pausanias, πορφυρόc pro πορφυροῦc Pollux[3]), εὔπλοc pro εὔπλουc Const. Porph. de car. 379,20.[4])

175 Est apud Hesychium Κυρράνη· ὄνομα γυναικείαc θεοῦ, et apud Photium κυρράνη· ὄνομα θεοῦ γυναικείαc Κιλικίων, οὕτω Μένανδροc.

179 Si τοῖc servare vellemus, φρ litterae hoc loco positionem efficerent, quamquam ab iis verbum incipit. Quod quidem a poetis evitatur, nec

1) cf. Meisterhans, Grammatik d. att. Inschr. p. 85, ubi eiusmodi exempla adferuntur: ἐμ φιδακνίω, τὴμ φυλήν.
2) cf. Helbing, Grammatik der Septuaginta p. 34.
3) Hatzidakis, Einltg. in d. Neugr. Grammat. p. 306.
4) Dieterich, Untersuchungen zur Geschichte der griech. Sprache p. 173.

tamen semper, ut non pro certo affirmare velim coniectura opus esse. Sed cum multa exempla ad mutas cum liquidis coniunctas pertinentia in Podagra sint neque umquam illo modo productio efficiatur (cf. p. 61), adducor, ut Dindorfium bene τοῖcι scripsisse arbitrer.

Quamquam Γ ὅταν tradit, tamen βαcτάζεται, non βαcτάζηται 185
habet, atque id recte, nam βαcτάζηται propter metrum intolerabile est. Apparet igitur ὅταν esse formam corruptam. Leniore autem quam Guyeti utimur medela, si ὅτ᾽ ἐπὶ λοετρά scribimus; λοετρά enim saepe apud poetas occurrit atque potuit facillime in λουτρά corripi, quo facto ὅταν pro ὅτ᾽ scriptum esse censeo.

Non verisimile est tam multa in uno atque eodem versu mutanda 186
esse, quam Reitzium secuti editores fecerunt; nec sane dubitari potest, quin poeta dicere voluerit: Ea sum dea, quam Homerus Ἄτην appellat, non autem: Ἄτη sum, cuius apud Homerum mentio fit. Ἄτην igitur et ἥδ᾽, quae omnes libri habent, servanda sunt nec post Ἄτην γὰρ semicolon ponere licet. Corruptela autem in verbis εἶπεν Ὅμηροc est quaerenda, id quod metro quoque ostenditur. Quare Radermachero probante Boivinum sequor.

βυθίηc forma servanda est, quod, ut iam supra ad versum 28 dixi, 197
in canticis varia dialecti genera haud raro coniunguntur. Praeterea infra apparebit (p. 75 sqq.) hoc cantico Orphicorum hymnos illudi videri, in quibus formas Ionicas saepe occurrere constat. Ceterum editores illi sibi constantes non fuerunt, quippe qui antecedentem et sequentem formam τρομέει non mutaverint, etsi ea quoque est Ionica.

δωδεικοφόβα quidem haud perspicuum est, sed δοιδυκοφόβα valde 202
suspectum mihi videtur; nam quod per totum hoc canticum Podagrae potestas summis laudibus effertur, non est verisimile poetam inter has laudationes adiectivum δοιδυκυφόβα i. e. „pistillum timens“ inseruisse; sed quid scribendum sit, adhuc nescio. L. Dindorf autem recte, ut mihi videtur, γονυκαυcαγρύπνα scripsit, nam identidem poeta Podagram cruciantem cum igne confert: 120 φλέγει, πυροῖ, 22 δίναιcι φλογμῶν cάρκα πυρπολουμένην, 23 ὁποῖα κρητὴρ μεcτὸc· Αἰτναίου πυρόc.

βίᾳ scribere minime oportet, quod νικᾶcθαι verbum cum genetivo 212
et rei et personae non raro coniungitur, ut Aesch. Suppl. 983 ἱμέρου νικώμενοc Eur. Troad. 23 νικῶμαι Ἀργείαc θεοῦ Dict. frgm. XII 1 χρημάτων νικωμένῳ Heracl. 233 τὴν εὐγένειαν τῆc τύχηc νικωμένην Iph. A. 1357 ἐνικώμην κεκραγμοῦ Aristoph. Nubb. 1088 ἢ ταῦτα νικηθῇc ἐμοῦ.

„δύω contra Atticorum usum dixit, nisi δοιὼ scripsit, quae saepe 213
permutantur.“ adscribit Dindorf ad hunc versum. Revera δύω neque apud Aeschylum neque apud Sophoclem usquam invenitur, ubi metro comprobatur, atque eadem est res apud Euripidem.

Ibidem τολμηρῷ melius videtur quam τολμηρὼ, nam post τολμηρὼ exspectamus mea sententia θράcοc, non θράcει. τολμηρόc autem adiectivum non solum cum personis, sed etiam cum rebus coniungitur: τ. ἐγχείρημα, ὑπocχέcιc, προθυμία. Est autem τολμηρῷ θράcει dati-

vus causae; nam ut dicitur εὐνοίᾳ, ἀδικίᾳ, φόβῳ, ὕβρει ποιεῖν τι, ita τολμηρῷ θράcει φράζεcθαι scribere licere puto.

217 Concedo quidem facile propter sequentem c litteram κραταίωc pro κραταίῳ oriri potuisse, neque tamen errorem natum esse suspicari licet, nisi necesse est.

222 Etiam magis confidenter affirmo βαθμῶν iniuria esse scriptum; nam scribit Suidas: βαcμοί βαθμοί et Phrynichus: Βαθμὸc ἰακὸν διὰ τοῦ θ, διὰ τοῦ c ἀττικόν; quem locum Lobeckius (p. 324) explicavit his verbis: „βαcμόc Callisenus Athen. V 30, 270. Paus. VIII 6, 365, καταβαcμόc Aesch. Prom. 817. ἀνάβαcμα Hesych. s. Σκάλα, quod praetermissum a Lexicographis, ἀναβαcμόc Paus. X 5, 154 et 6, 198, Dio Cass. XLIII 21, 355, LVIII 5, 880, LX 16, 953, LXVI 6, 1081.“

233 Gavelentii versum repudio, quod caθρὰν forma servata in quarto pede spondeus efficitur, neque υ litteram participii ἐκλελυμένοc longam esse arbitror. Dindorfii quoque coniectura refutanda est, quamvis ingeniosa sit, nam in eius quoque versu gravis lex metrica violatur; deest enim caesura, id quod in Podagra numquam fit. Praeterea Γ[a] correctoris auctoritatem non magni existimo atque id imprimis hoc loco, quo tantopere a Γ codice differt. Ego diu de hoc versu meditatus primum scripseram μου caθρὸν ἐκλύων ἐμέ non arbitratus me eum recte restituisse, sed iam nihil dubitans corrigo μένοc pro ἐμέ, postquam Radermacher ita coniecit. Intellegas autem versum βάcιν accusativum cum ἔρρει verbo coniungens: „in pedem meum fluit“.

234 μέλοc mihi magis placeret quam δέμαc, nisi δέμαc optimo codice esset traditum. Sed cum persaepe a poetis πᾶc articulo non adiuncto usurpetur iis locis, quibus articulus in lingua soluta addi solet, δέμαc scribo.

236 In hoc versu, de quo paene desperavi, corruptelam in verbis τὰ δ' ἐκεῖθεν esse apparet, nam tertius pes trochaeus, quintus anapaestus est. Lectionem δὲ μ' ἐκεῖθ' ea de causa improbandum esse puto, quod εν litterae synaloephen non admittunt. Audeo suadere τὰ δ' ἑτέρωθ' collato Hom. Od. v. 235 ἔνθεν γὰρ Σκύλλη, ἑτέρωθι δὲ δῖα Χάρυβδιc.

247 ἐχθίcτατοc apud nullum scriptorem legimus. Radermacher confert κλεπτίcτεροc, κλεπτίcτατοc (vide Aristoph. Pl. 27). Coniectura tamen non opus esse, sed poetam ridicule hanc formam adhibuisse puto.

252 Quod in optimis libris γ' non traditur, in archetypo ne καὶ quidem exstitisse verisimile est, nam hiatus diligentissime in hac fabula evitatur. Scribo igitur ὡc ἐπίcτανται, praesertim cum facile fieri potuerit, ut καὶ pro ὡc scriberetur, quod antecedentis versus eodem loco καὶ traditur. γ' autem postea a correctore aliquo hiatus tollendi causa insertum esse apparet.

256 In versuum exitu voces monosyllabae encliticis exceptis poni non solent. Ac mirum est, quod K, qui codex aliis locis arte cum Γ cohaeret, hic ab eo differt. Quare fortasse arbitrari licet de collocatione verborum non satis constitisse in archetypo. Tamen valde haesitans non audeo scribere ἦν ποδαγρὸc Οἰδίπουc. (Cf. p. 60.)

Quod in tertio pede anapaestus non admittitur, Λαρτιάδην recipio. Cf. Eur. Rh. 907 Λαρτιάδαc, Soph. Ph. 1286 Λαρτίου Ai. 1, 380 Λαρτίου. 262

Cum futurum, non coniunctivum exspectemus, Radermacher coniecit scribendum esse πάcεcθε, futurum verbi πάομαι (gustare) coll. Aesch. Sept. 1026 sq.: 265

τούτου δὲ cάρκαc οὐδὲ κοιλογάcτορεc
λύκοι πάcονται.

Hunc versum in libris corruptum Radermacherum lenissima correctura sanavisse mihi persuasi; ἐᾷ igitur ἀπὸ κοινοῦ adhibitum est. 272

Cum τόccῃ ea de causa mutare non audeam, quod in v. 302 quoque lego, δρᾶcιc autem verbum nusquam occurrat atque praeterea α littera longa esset, si occurreret, cum Radermachero scribo τόccῃ δόcιc. Concedo quidem fieri potuisse, ut pro δρᾶcιc τόcῃ a correctore aliquo v. 302 collato τόccῃ δράcιc substitueretur, itaque δρᾶcιc τόcῃ recte scribi non praefracte nego. Ceterum τόccoc est Ionismus, qui in tragicorum dialogo numquam reperitur.[1]) 277

Radermacher ἄχριc scripsit, quod Γ et X libri c litteram in archetypo fuisse docere videntur. 285

βάθοc verbum nihil offensionis habet, quod ubertatem omnem significare potest: βάθοc κακῶν Aesch. Pers. 457, 698; Eur. Hel. 303; β. πλούτου Soph. Ai. 130; ἡγεμονίαc Plut. Pomp. 43. 287

Cum optimis libris scribo ἀτρεκέcτερον, praesertim cum superlativi adverbium sit ἀτρεκέcτατα, non ἀτρεκέcτατον, et persaepe comparativus altera comparationis parte omissa adhibeatur; cuius rei multa exempla collegit Kühner p. 843 A 7. 292

Recte hic versus in libris Podagrae deae tribuitur, non medicis, sequens autem medicis, non podagrico. Quomodo enim unguentum adhibere possunt medici, qui dolore percussi humi iaciunt? (cf. v. 290). Nec Bekkerum sequor, quod antiqui libri magis valent quam optima coniectura, nisi absurdum quid tradunt. Gravissimum autem est, quod hoc modo quae Γ tradit, optime ad sensum quadrant nulla littera mutata; nam haud infacete Podagra dicit κέχριcθε, χαλαcάτω φλογῶν πόνοc; vix enim loqui desiit, cum iam medici — non sanati, sed summis doloribus percussi exclamant: Οἴμοι παπαῖ γε, τείρομαι, διόλλυμαι. Hunc autem versum cum Γ X 𝔄 libris medicis (scribendum est cum libris ΙΑΤΡΟΣ, quod unus loquitur) tribuendum esse praeterea ex sequentibus Podagrae verbis apparet; nam verbis τῶν μετανοούντων in v. 309 medicos significari intellegitur. Atque qua de causa dea podagricum denuo cruciaret, qui iam v. 126 sqq. eam praedicare et adorare coepit! 297

τῆc recte scripsit Guyetus, sed pro ἐχίδνηc debuit scribere Ἐχίδνηc, nam non vulgaris cuiusdam anguis mentio fit, sed Echidnae illius deae inferorum, qua natus est Cerberus. Hoc ut arbitrer eo adducor, quod 302

1) de aliis formis Ionicis vide p. 66.

in antecedenti versu de deae illius Cerbero filio dicitur ipso. De Echidna cf. Roscher, Lex. d. Myth. p. 1212, qui adfert Hes. Theog. 306 sqq. ubi Echidna et Typhaon Cerberi parentes esse narrantur, et Soph. Trach. 1097 sqq.:

τόν θ' ὑπὸ χθονὸϲ
Ἅιδου τρίκρανον ϲκύλακ', ἀπρόϲμαχον τέραϲ,
δεινῆϲ Ἐχίδνηϲ θρέμμα.

Atque ad hos locos a Roschero allatos alium addo, quem inveni apud Bacchylidem V 60 sqq.

καρχαρόδοντα κύν' ἀ-
ξοντ' εἰϲ φάοϲ ἐξ Ἀΐδα
υἱὸν ἀπλάτου Ἐχίδναϲ.

Ceterum cf. cum hoc καρχαρόδοντα adiectivo Podagrae verba κάρχαρον δῆγμα.

305 Nec διαβρεχήϲ nec διαβραχήϲ apud ullum scriptorem legitur. Quid autem facilius fieri poterat, quam ut διαβραχείϲ in διαβραχήϲ corrumperetur? Est autem διαβραχείϲ participium aor. pass. verbi διαβρέχω: cf. Babr. 111, 19 τῶν ϲπόγγων διαβραχέντων.

313 De metro sequentium versuum vide Friedrichsmeier p. 54 sqq., ad cuius verba pauca adiungo. Sunt versus hexametri miuri, atque in omnibus fere caesura penthemimeres est, in uno (313) caesura quae dicitur κατὰ τρίτον τροχαῖον (sed vide infra), in uno (322) caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον aut caesura hephthemimeres (caesuram κατὰ τρίτον τροχαῖον hoc loco esse puto, quod post πάνδημε adiectivum interpunctionis signum ponendum est). Hexametri miuri apud Graecos non inveniuntur nisi in duobus illis carminibus, a viris doctissimis Grenfell et Hunt editis[1]), de quibus Wilamowitz[2]) disputavit. Etsi versus mutilati sunt, tamen nos illud metrum hic habere apparet, quod eorum initia et exitus servati sunt. Omnium enim versuum initia faciunt dactyli; atque unus versus usque ad quintum pedem integer est. Praeterea si minus hexametri, at tetrametri miuri duobus locis traduntur: Soph. Oed. Col. 216 218 220 222, ubi post singulos miuros singuli paroemiaci sequuntur, et in hymno Valentini gnostici[3]), quem Hippolytus Ref. VI 37 memoriae prodidit. Versus dactylici miuri a ceteris metri dactylici eo differunt, quod ultimo loco pro dactylo usurpatur iambus. Satis igitur habemus exeuntium versuum structuram, qualis est in Podagra, cum reliquis exemplis conferre. Ac Sophoclis versus a ceteris eo differunt, quod semper syllaba ultima, numquam paenultima accentum habet, in papyro autem illa, in qua octo versus sunt, semper paenultima, in Valentini hymno, qui septem versus continet, quinquies paenultima, semel ultima (v. 2 νοῶ), semel antepaenultima

1) The Oxyrhynchos Papyri, Part. I London 1898 p. 38 sq. n. XV.
2) Göttinger Gel. Anz. 1898 p. 695 sq.
3) Wilamowitz, Hermes vol. 34 p. 218.

(in versu ultimo φέρομεν). In Podagra, in qua tredecim huius metri versus sunt, duodecies syllaba paenultima, semel antepaenultima (in versu ultimo εὐπερίπατον) accentu est praedita. (De versibus 316 et 324 vide infra.) In hac igitur re Podagra cum Valentini hymno et papyri versibus congruit; eo autem ab iis et ab Sophoclis versibus differt, quod bis (315, 322, ubi nomina propria versus faciunt finem) thesis ultimi dactyli syllaba longa formatur. (De v. 324 vide infra.) Nunc ad singula huius cantici accedam.

G. Hermann ea de causa pro δαμεῖϲα θεοῦ scripsisse δαμεὶϲ ἄθεον 314
videtur, quod fere vitatur caesura κατὰ τέταρτον τροχαῖον (cf. Christ, Metrik p. 186). Cum praeterea hic versus eo magis vituperandus videatur, quod post tertii quoque pedis trochaeum verbum finitur, Hermanni coniecturam, quippe quae sit maxime probabilis, sequor.

Difficile est de hoc loco diiudicare. Atque Dindorfii coniectura 316
mihi ea de causa non placet, quod dubito, num thesis quinti pedis syllaba longa possit formari, quamquam non nomen proprium in fine versus est. Nam nec Μαρϲύαϲ (315) nec Πυθίου (322) alio modo in versum inseri poterant. Praeterea nulla forma Dorica in hoc cantico invenitur. Iensii autem illud πίτυϊ improbo, quod ultimo versu excepto syllaba antepaenultima accentum non habet (eadem est res in Valentini hymno), et quod περὶ praepositio hoc modo a substantivo suo πίτυϊ dirimitur. Schaeferum autem secuti rei metricae et grammaticae et palaeographicae satisfaciemus.

Guyetus leges metricas non observavit; εὐώδυνον autem, ad sen- 324
sum quidem optime aptum („levi dolore afficiens") apud nullum scriptorem invenitur, et praeterea syllabam paenultimam vix accentu carere posse puto. Profecto mirum est, quod illa lex non nisi hoc loco corrupto et in cantici exitu violatur. Quod autem Friedrichsmeier arbitratur α litteram verbi ἀνώδυνον hoc loco produci, ut in aliis adiectivis cum α privativo compositis, vitupero; nam non nisi ea de causa hoc licuisse persuasum habeo, quod illa verba (ἀθάνατοϲ, ἀδύνατοϲ) nullo alio modo in versum inseri poterant; ἀνώδυνον autem non est tale verbum. 329

Hos versus non recte discribi in libris apparet. Atque quod auc- 330
torem hoc loco Euripidem imitatum esse constat, huius poetae versus 331
fortasse nos in emendando adiuvare possunt. Est in exitu Eur. Andr. Alc. Bacch.

πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων,
πολλὰ δ' ἀέλπτωϲ κραίνουϲι θεοί,
καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέϲθη,
τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεόϲ,
τοῖον δ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.

Podagrae versum 331 cum Euripidis loco comparans mihi persuasi editores recte hunc versum circumscripsisse

εἰ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέϲθη.

Quod si ita est, πόνων cum antecedenti versu coniungendum est, atque oritur versus ⏑⏑–––––––––––⏑⏑–. Cum dubitari non possit, quin anapaesticum metrum habeamus, Guyetum bene σύγκληροι scripsisse puto, cum ad sensum quoque aptius sit quam συνναύκληροι. Itaque habemus trimetrum anapaesticum, qui, ut iam supra scripsi (p. 30), saepe in codicibus falso pro dimetro et monometro traditur.

333 δ' particulam omitto, cum necessaria non sit neque elegans propter eandem particulam antecedentis versus mihi videatur.

Ocypus,

ad quem nunc transeo, multo magis quam Podagra aut corruptus aut fortasse imperfectus traditur, atque cum praeterea omnino ineleganter et non satis dilucide compositus sit, multas correctori affert difficultates.

Argumentum praemissum non solum Ocypodis, sed etiam Podagrae personarum nomina continet, etsi pro ΙΑΤΡΟΣ exspectamus ΙΑΤΡΟΙ et ΠΟΝΟΙ pro ΠΟΝΟΣ. Hoc argumentum ab ipso carminis scriptore compositum esse Dindorfio videtur ad exemplum argumentorum, quae Aristophanes Byzantius scripsit. At cogitandum est Podagram numquam in Ocypode deam appellari (cf. p. 77), ut in hoc argumento fit. Omnino Acacium, quem Ocypodis auctorem esse infra apparebit, in libello, quem Libanio amico, pio deorum cultori, erat missurus, Podagram deam nominavisse non puto. Immo mea sententia argumentum a viro docto aliquo conscriptum est, qui, ut nostra aetate F. Hermann, Ocypodem et Podagram in unam fabulam coniungendas esse putabat, cuius prior pars Ocypus esset. Qui vir doctus Ocypodem Podalirii et Astasiae filium fuisse scaenarumque sedem Thebas esse excogitavisse et illud ἀτέγκτου epitheton (Arg. 3) e Podagrae v. 312 ἄτεγκτος οὖσα φαρμάκοις οὐ πείθομαι sumpsisse videtur. Ceterum scriptor quoque codicis Θ, in quo fabula inscribitur Ὠκύπους ἢ Τραγωποδάγρα, libellos coniungendos esse putavisse videtur. Cur argumentum non ita recipiam, ut libri ΓΧΝi tradunt, nullam habeo causam.

πρὸς βίαν adverbium saepe apud tragicos occurrit: velut Soph. El. 1462 OR 805 OC 845 Phil. 90, 92 etc. Eur. Or. 706 Med. 1216. 5

Vel si libri τἀτρεκῆ non traderent, tamen causis grammaticis et 6
metricis motus ita scriberem, quod articulus hoc loco desideraretur et τρ litterae numquam in Ocypode positionem efficiunt.

Quod Γ codex tradit, servari non potest, nam in quarto pede spon- 9
deus oreretur; nec quod N et edd. habent, probo, quod προσκόψας tenere necesse est propter sensum. Quaere Radermacheri coniecturam probo ratus primum pro τι vocabulo scriptum esse τοι, deinde ποι pro τοι. Ceterum vituperandum est, quod in hoc versu participium perfecti iuxta participium aoristi collocatum est; atque videtur poeta non nisi ut versum compleret, ita scripsisse.

Friedrichsmeier πᾶσι θρίαμβος exemplum esse putat, quo mutam 14
cum liquida coniunctam productionem antecedentis syllabae efficere ostendatur, quamquam a θρ litteris verbum incipiat. At ne in media quidem voce θρ litterae antecedentem vocalem producunt, nedum hoc fiat, si ab iis verbum incipiat (cf. p. 62). Praeterea libri quod atti-

net ad ν paragogicum, tam saepe falsam praebent lectionem, ut hac in re eorum auctoritas non magni existimanda sit; nam a) traditur ν paragogicum, quamquam a metro abhorret: in Γ Pod. 258, in ΓΧ Pod. 260, b) omittitur ν parag., quamquam metri causa scribendum est: in Ν Pod. 228, 237, in ΧΝ Pod. 261, 277, in ΧΝi Oc. 105, in omnibus libris Oc. 48 (ἐστι). Non igitur dubitans πᾶσιν scribo.

24 Guyetus δόλον scribit, „ut cohaereat δόλον φρονεῖ". At primum collocatio verborum, qua articulus ab adiectivo forma accusativi obiecti seiungitur, non nihil offensionis habere mihi videtur. Deinde φρονέω semel tantum, si significat excogito, in animo habeo, cum accusativo coniungitur: Hom. Od. ξ 82 οὐκ ὄπιδα φρονέοντες ἐνὶ φρεσὶν οὐδ' ἐλεητύν. Quare conicio scribendum esse δόλῳ, quod facillime δόλωι forma in δόλων corrumpi poterat. Similiter autem cum irrisione aliqua scribitur a Sophocle Electr. 287 ἡ λόγοισι γενναία γυνή et OR 1469 γονῇ γενναῖε. Dicitur igitur in Ocypode φρονεῖ καθ' ἡμῶν pro καταφρονεῖ ἡμῶν.

25 Guyetus pro μέ τι scripsit μ' ἔτι, quod τι ei suspectum videbatur. Sed μηδέν τι identidem legimus, ut Soph. Ai. 280, Plat. Soph. p. 258, Diod. Sic. XI 45. Cf. οὐδέν τι Xenoph. Cyr. 2, 4, 9. mem. 1, 2, 42. Hdt. 5, 65. Eur. Hec. 817. Libri in quinto pede dactylum habent, id quod apud poetas tragicos numquam, apud comicos interdum tantum invenitur. In Ocypode autem praeter hunc locum unum tantum exemplum est: v. 16 τούτου δίχα (τοῦ⟨δε⟩ δίχα Raderm.). Sequor igitur Radermacherum, nam αι diphthongus synaloephen pati potest. Cf. August Brinkmann, Quaestionum de dialogis Platoni falso additis specimen, Diss. Bonn 1891, p. 8, ubi elisionem diphthongi αι in tertia persona praes. med. nihil offensionis habere ostenditur, et praeterea cf. Christ p. 36, qui infinitivi quoque nonnulla exempla adfert: οἰκεῖσθ' ἂν ἔτι (Arist. Equ. 1175) γῆμ' ἐπῆρε (Nub. 42).

27 ἀντέδακα forma neque in scriptorum libris illa quidem, neque in lapidibus, neque in papyris umquam invenitur. Tamen quicquam mutare necesse non esse puto; immo haec forma talis posterioris Graecitatis aoristus est, quales Dieterichius[1]) multos collegit, ut ἔσχα, ἦλθα, ἔλαβα, εὕρατο, ἔλεγας.

33 Quamquam ἰχνευμένον haud eleganter scriptum est — sed quid in hoc libello elegans est! — tamen ἱκνούμενον etiam minus mihi placet, nam non puto dici posse ποὺς ἱκνεῖται. Intellego autem πόδα ἰχνευμένον ita: pedem a me i. e. a Podagra indagatum.

34 Etsi non nego προσέρχεται hoc loco adhiberi posse, tamen προέρχεται minime falsum esse videtur. Ego quoque προσέρχεται praeferrem, si Podagra dea in scaena maneret et Ocypus cum ea colloqueretur. Sed cum Podagra per totam fabulam non iam in scaena adsit, puto eam haec et versuum 37—39 verba abeuntem locutam esse, ut bene diceret προέρχεται.

1) K. Dieterich, Untersuchungen zur Geschichte der griech. Sprache, Leipzig 1898 p. 237.

Primum cum Guyeto versus 35—39 Ocypodi adscribere volebam. 35
Sed quod hoc modo τείνει scribere cogimur, quamquam omnes libri τείνω habent, libros defendere conor. Podagra ironice interrogat πόθεν δ' ὁ δεινὸς... παρῆν... πόνος; atque ipsa sibi respondet τείνω δὲ νεῦρον... Subiectum autem verbi βιάζεται e versu 34 (δύστηνος) suppleri potest. Ceterum iam F. Hermann v. 39, quia locum communem contineat, Ocypodi iuveni non consentaneum esse arbitrabatur, atque, quod τείνει formam traditam putavisse videtur, versum paedagogo impertivit.

λέγειν verbum hoc loco significare mihi videtur, quod germanice 38
dicitur „mit der Sprache herausrücken". Recordemur versuum 8 et 12 et omnium Ocypodis verborum, quibus veram morbi causam celare studet.

Forma τιθῶ in v. 81 quoque adhibita a veterum scriptorum usu 43
aliena videtur. Dieterich (p. 217) omnino non τιθῶ, sed τίθω scribendum esse putat, cuius formae multa affert exempla, ut ἀνατίθω CIG II 2722, 12 (anni 189 p. Chr. n.) παρακατατίθομαι BGU I 326 I 16 (anni 189 ante Chr. n.) etc. Sed τιθῶ quoque formae exempla collegit: προστιθῶν Apocr. act. apost. 120; ἐπιτιθῶν ibd. 264 etc. τιθῶ igitur teneo. Lucianus autem hac forma usus non est, neque est forma poetica.

Miror, quod editores huius versus pedem quintum non studuerunt 44
emendare, quamquam et sensus et metrum corruptum est. Si quod traditum est, ad sensum bene quadraret, poetam syllaba σιν vocabuli παισὶν longa usum esse putarem, ut Synesius fecit in hymni IV v. 115 πρόχυσιν υἱός.[1])

Etsi dubito, an poeta non animadverterit se in quarto pede spon- 45
deum scripsisse, tamen Dindorfii coniecturam probo.

μ' accusativum corruptum esse puto, nam κομπάζω non cum ac- 47
cusativo coniungitur, nisi cum accusativo eius rei, qua aliquis gloriatur, ut Soph. El. 1500 οὐ πατρῴαν τὴν τέχνην ἐκόμπασας; senem autem iuveni non causam gloriandi videri, vix necesse est dicere. Fortasse licet scribere μή μοί συ νέε κόμπαζε, sed praefero μή θ' ὡς νέος κ. In sequenti versu πᾶς νέος subiectum, γέρων praedicatum est.

Radermacher τό πέρας tenendum esse censet hoc idem significare 49
putans atque τὸ τέλος, τὸ λοιπόν, ὑποσπᾶν autem verbum reflexive adhibitum esse iudicat conferens verbum ἀποσπᾶν, atque dubitat an non ἀποσπᾶν scribendum sit. Cf. verba κινεῖν, κάμπτειν, ἐγείρειν, quae transitive et intransitive usurpantur. Vide Nuth, de Marci Diaconi vita Porphyrii, Diss. Bonn p. 46; Radermacher ad Demetrium p. 108.

Quod ἄπονος verbum a sensu abhorret, τ et π autem litterae 51
saepissime confunduntur, cum Radermachero scribo ἄτονος, quod verbum significat: infirmum, confectum; atque bene oppositum est verbo εὔτονος v. 53

1) cf. H. Flach, Metrische Freiheiten bei Synesius, Rhein. Museum vol. 32, p. 543.

57 ἔτιλα lectionem repudiandam puto, quod obiectum neque habeamus neque facile supplere possumus; ἔτειλα autem servari posse mihi videtur; nam obiectum δρόμον vel ὁδὸν facile suppleri potest, cum in antecedenti versu δρόμοιϲιν sit. Cf. Pind. Ol. 2, 70 ὁδὸν ἔτειλαν.

Ibid. ϲυνεϲμίχθην est aoristus verbi ϲυ-ϲμίγω, ϲμίγω autem forma posteriore aetate pro μίϲγω adhibebatur, ut apud Theophanem Nonn. I 222, 346.[1]) Cf. praeterea, quae Lobeck de hac re scripsit[2]): „Σμιγόλαϲ pro Μιϲγόλαϲ scriptum in codd. Athen. VIII 339 A consuetudine eorum, qui ϲμίγω dicebant pro μίϲγω“.

58 In hoc et sequenti versu cum F. Hermanno puto ad proverbium alludi, quod non novimus.

60 θέλω optimorum librorum lectionem servandam esse persuasum habeo, quamquam propter sequens ἐπλήγην aoristum praeteriti formam exspectamus. Sed praesens historicum et praeteriti forma in una atque eadem periodo adhiberi possunt, ut Eur. Hec. 936 sq. τυγχάνω γὰρ ἐν μέϲοιϲ Θρήκηϲ ὅροιϲ ἀπών, ὅτ᾽ ἤλθεϲ δεῦρο. Hom. Il. Ψ 228 sqq.

ἭΗμοϲ δ᾽ Ἑωϲφόροϲ εἶϲι φόωϲ ἐρέων ἐπὶ γαῖαν,
ὅν τε μετὰ κροκόπεπλοϲ ὑπεὶρ ἅλα κίδναται Ἠώϲ,
τῆμοϲ πυρκαϊὴ ἐμαραίνετο, παύϲατο δὲ φλόξ.[3])

62 Iam Homerus duobus locis ἵνα consecutive adhibuit: Od. I 302 ἄλκιμοϲ ἔϲϲ᾽, ἵνα τίϲ ϲε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ et Il. XV 597 Ἕκτορι γὰρ οἱ θυμὸϲ ἐβούλετο κῦδοϲ ὀρέξαι, ἵνα νηυϲὶ... πῦρ ἐμβάλοι (optativus obliquus = ἐμβάλῃ).[4]) Nulla autem alia exempla traduntur nisi in posteriorum temporum scriptis. Cf. Orph. 248 sq. αὐτὰρ ἐμοί γε νεῦϲεν ὀπιπεύων, ἵνα οἱ θάρϲοϲ τε βίην τε μολπῇ ὑφ᾽ ἡμετέρῃ κεκμηόϲιν αὖτιϲ ὀρίνω. Plutarch. de Alex. fort. I 12 Ὦ κάκιϲτε ἀνθρώπων, τί μοι πώποτε τοιοῦτο ϲυνέγνωϲ, ἵνα τοιαύταιϲ με κολακεύϲῃϲ ἡδοναῖϲ; Arrian Diss. Epict. II 2, 6 οὕτω μωρὸϲ ἦν, ἵνα μὴ ἴδῃ.[5]) Lucianus autem numquam ἵνα particula consecutive usus est.

63 Cum nullum locum invenerim, quo περικυκλεῖν non transitive adhibeatur, scripturam ψευδῆ λόγον probo, etsi concedo fortasse περικυκλεῖν ita ut κυκλεῖν verbum intransitive aut potius reflexive usurpari posse (cf. Soph. El. 1357, Trach. 130, Plutarch. Cat. min. 67). περικυκλεῖν λόγον autem confero cum locis his: κυκλεῖν λέξιν, quod ex Dion. Hal. adfert Lobeck, Phryn. p. 330. πολὺ παρὰ τοῖϲ Στωικοῖϲ κυκλεῖται τοὔνομα Phrynichi, ad quem locum Lobeck ibd. scribit: „Plut. Consol. ad Apoll. p. 359 VII τὸ κυκλούμενον τοῦτο παρὰ πᾶϲιν ἔποϲ, quod pro κυκώμενον sine haesitatione reponendum erat.“

1) cf. E. A. Sophocles, Greek Lexikon of the Roman and Byzantine Periods. Boston 1870.

2) Lobeck, Paralipomena grammaticae Graecae p. 414 cf. praeterea Hatzidakis, Einl. i. d. neugr. Gr. p. 348.

3) Kühner, Gr. Gr. II, p. 116. 135 sq.

4) cf. J. M. Stahl, Kritisch historische Syntax des griechischen Verbums d. klass. Zeit, Heidelberg 1907 p. 335.

5) cf. Fr. Blaß, Grammatik d. neutest. Griechisch p. 229. Multa exempla adfert praeterea E. A. Sophocles l. c.

Si quis lectionem δ᾽ ἑλίξαϲ causa metrica commotus probet, quia 67
raro fiat, ut tot syllabae breves coniungantur, cogitet raro quoque in Ocypodis altero pede anapaestum adhiberi, nam hoc non nisi in v. 2 et v. 157 fit. Ceterum totidem syllabae breves duobus aliis locis Ocypodis (v. 62, 70) leguntur. Equidem puto ἐλελίξαϲ participium illius verbi esse, quod ab ἐλελεῦ vocabulo derivatur, atque metaphorice adhibitum esse, cum non morbus, sed podagricus clamorem tollat. Conexum sane sententiarum δ᾽ particula deleta desideramus, sed in libello tam neglegenter composito hoc tolerari posse puto.

Notabile est ποῖ pronomen interrogativum pro ποῦ esse adhibi- 68
tum, id quod Lucianus numquam fecit. Huius rei exempla collegit Lobeck (Phrynichi p. 43 sq.), „in quibus omnibus apparet celeritate dicendi omissum esse verbum antecedens, quod cogitatione comprehenditur“, ut ποῖ λήξει ἡ τοϲαύτη ἀναιϲχυντία Aeschin. Ep. X nihil aliud est ac ποῖ προβήϲεται καὶ ποῦ λήξει. Ocypodis loco simillimus est Eur. Herc. fur. versus 1157 ποῖ κακῶν ἐρημίαν εὕρω, quae verba Kühner (p. 473) recte transfert: quo me vertam, ut requiem inveniam.

In Gavelentii coniecturam δ᾽ particulam inserendam esse puto, etsi 75
hiatum in verbis τί ἐϲτι exstantem tolerabilem esse concedo; (cf. 91 τί οὖν 120 μηδὲ ἕν). Nam saepissime in tragicorum dialogo versus a verbis τί δ᾽ ἐϲτι incipiunt[1]) et in Ocypode ipso hoc ter fit (v. 134, 144, 148). Rei autem palaeographicae hac coniectura bene est satisfactum, cum facillime scriba a τί pronomine ad verbi ἐϲτι syllabam τι transgredi posset.

Etsi nescio, an non βῆμα verbum hoc loco gressum, non gradum 81
significet[2]), tamen cum edd. ποδί scribo, quod unus tantum pes podagra affectus erat: cf. v. 149 ἀμφοῖν ποδοῖν ϲε ϲυμποδιϲθῆναι μένει 150 οἴμοι, πόθεν με καινὸϲ εἰϲῆλθεν πόνοϲ ποδὸϲ δι᾽ ἄλλου.

τί pronomen haud bene insertum esse puto, nam non inveni lo- 82
cum, quo πόθεν nullo alio vocabulo adiuncto traditur; verba autem τί παθών tam crebro coniunguntur, ut τί haud facile omitti posset a scriba, si in archetypo scriptum esset. Porro πάϲχω verbum identidem sine obiecto aut adverbio adhibetur, ut Soph. OR 403 παθὼν ἔγνωϲ ἄν, οἷά περ φρονεῖϲ, OC 271 ὅϲτιϲ παθὼν μὲν ἀντέδρων. Non equidem nego πόθεν παθὼν haud ita bene stare, sed certe concedendum esse puto πόθεν παθών non magis ineleganter esse dictum quam πόθεν; τί παθών; Praeterea is, qui τί pronomen omittendum esse non censet, cogitet in altero huius fabulae pede ter solum anapaestum inveniri (v. 22, 62, 109).

Quod hiatus post articulum ὁ in trimetris non occurrit, Dindorfii 83
coniecturam valde quidem dubitans probo. Nam bis tantum in Ocypode, ut iam dixi, hiatus admissus est (v. 91, 120). Quales hiatus apud alios quoque poetas scaenicos inveniuntur (cf. p. 59).

1) vide p. 70.

2) cf. Soph. El. 163, ubi ad βῆμα verbum hoc traditur scholium: ὁδῷ, πομπῇ.

88 Mirum est hoc quoque loco mutare necesse esse, ut hiatus tollatur; tamen κοὐκ probo, ne conexio sententiarum desideretur. Sed cur τὴν articulam non seruem, nescio, cum poeta in sequenti versu scripserit τὰ δεcμὰ τῶν ἐριδίων.

91 Metrum ostendit Γ et X librorum lectionem rectam esse, nam κατακνήcω in quarto pede spondeum efficit.

92 Si a δεῖ verbo infinitivus pendet, plerumque cum accusativo, raro cum dativo personae coniungitur.[1]) Repudio igitur lectionem χρή.

105 Quamquam εἰc δόμουc, non ἐν δόμοιc exspectamus, tamen lectio tradita improbanda non est, nam posteriore aetate — Useneri[2]) sententia iam Antoninorum temporibus — identidem fit, ut ἐν praepositio pro εἰc scribatur; cf. Arrian Epict. I 11, 32; II 20, 33.

109 Gavelentii coniecturam improbo, quod in trimetris augmentum non omittitur, Dindorfii, quod ὡc particula in uno atque eodem versu duplicem haberet significationem. Radermacheri autem praefero illud καὶ πλανᾷ φόβον λαβών, quippe quod ad sensum bene quadret; praesens autem iuxta praeteriti formas in v. 107 quoque: ὑπνοῖ et v. 56 ὡc τιθῶ et 60 ὡc θέλω scriptum est.

111 Quae Dindorf et Jacobitz scripserunt, omni sensu carent, Gavelentii autem versus pessimus est, quod post unumquemque pedem diaeresin habet. Quare Radermacherum sequor, qui quae traduntur servavit et quae periisse videntur, supplevit.

113 Laudo Nauckii[3]) coniecturam, qua invenit κήϋξ; nam haec avis erat voce horrifica, quam qui audiverat, veterum sententia brevi erat moriturus.[4])

116 Radermacheri coniectura probanda mihi videtur, quod εἰπέ μοι facile in ἐπ' ἐμοι corrumpi poterat, βάcιν autem verbum fortasse in archetypo erat, quod in codice evanuisse videtur.

127 Quod poeta syllaba αν verbi ὅταν longa usus est, posteriorem aetatem indicat, qua ἄν et ἐάν confundebantur. (Cf. Stephani thesaurum sub voce ἄν et ἐάν et G. Dindorf ad Aesch. Sept. 56.)

130 Ne hoc quidem versu valde corrupto ostendi potest mutam cum liquida coniunctam positionem efficere. Immo puto aut legendum esse eum ita, ut in altero pede anapaestus exsistat, aut initium quoque corruptum esse. Nec scio, an non ab omni coniectura abstinendum sit.

131 Quod ἀλγύνω verbum intransitive non adhibetur, ἀλγύνηc forma improbanda est. Sed scripturae ἀλγήcηc equidem praefero ἀλγύνῃ, nam cum i adscriberetur, haec forma facile in ἀλγύνηc corrumpi poterat. Medium huius verbi est apud Aeschylum Prom. 245 ἠλγύνθην κέαρ. Aoristi autem tempus necessarium non est, etsi δακρύcειc futurum, quod

1) cf. Kühner, Gr. Gr.² II 255.
2) H. Usener, Der hl. Theodosius, Leipzig 1890 p. 129. Alia exempla collegerunt Winer, Neutest. Grammatik p. 490 sq.; Schmid, Atticismus II 42 sq.; Krumbacher, Kuhns Zeitschrift XXVII 543 sq.
3) A. Nauck, Variae lectiones. Philologus XII 1857 p. 647.
4) cf. Schol. Lucian. ed. Jacobitz p. 52.

quidem non traditum, sed mea sententia recte pro δακρύειc forma substitutum est, sequitur.

134 Facile intellegitur, quomodo factum sit, ut librarii de personarum nominibus errarent; nam cum plerumque in singulis lineis bini versus scriberentur, atque personarum nomina modo in exteriore, modo in interiore margine, identidem in intercolumnio adscriberentur, in hac quae dicitur stichomythia errores facile oriri poterant. De X codice multa verba facere necesse non est, nam primo obtutu eum hoc loco corruptum esse animadvertimus. Γ autem codici eo minus diffidere licet, quod in singulis lineis singuli tantum versus scripti sunt, ut res in eo sit clarissima. Quare versus 135 137 139 141 non paedagogo, sed medico attribuo. Nec profecto intellegitur, cur podagricus in antecedentibus versibus cum medico collocutus de morbi natura non medicum, sed paedagogum interrogaverit. N autem codicis aut eius antigraphi correctorem verbo γέρον versus 136 commotum esse puto, ut versus illos paedagogo attribueret. Sed mihi haec causa non sufficiens videtur; immo nemo non exspectat medicum ipsum, qui modo dixerat: „τοῦτ' ἔcτ' ἐκεῖνο“ Ocypodi interroganti: „τί δ' ἔcτ' ἐκεῖνο“ hoc ἐκεῖνο expositurum esse.

136 ὦ δέομαι scripturam probarem, si umquam in quinto Ocypodis pede anapaestus esset; quod cum non sit, praefero Gavelentii coniecturam ac scribo ἄντομαι, quod verbum in v. 155 quoque occurrit.

140 Fr. Paetzolt[1]) coniecturam suam his verbis defendit: „Ocypus, qua est pedum imbecillitate, obstupefactus ac perterritus venationis sola mentione extrema illa verba δεινὴν ἄγραν iterat; quae errore bis posita esse suspicatus scriba male doctus altero loco omisit lacunamque significavit. Quod verum esse insequentes versus a paedagogo prolati docere videntur, cuius prima vox extremam notionem quaestionis excipit: Δεινή περ οὖcα, φείδεται γὰρ οὐδενόc.“ Quam coniecturam haud male defensam fortasse reciperem, si umquam in hac fabula fieret, ut enuntiatum nondum finitum abrumperetur. Quod cum non fiat, sequor Radermacherum, cuius coniecturam ad sensum aptiorem esse quam Paetzolti apparet; nam revera iuvenes podagrae morbo implicari non solent. Ocypus igitur ἄγραν verbo audito se podagra affectum esse intellexit atque iure perterritus exclamat: καὶ πῶc με τὸν δύcτηνον ἔτι νέον κρατεῖ;

150 Etsi non nego μοι εἰcῆλθεν dicere licere, cum μοι dativus ethicus esse possit, tamen a libris recedere necesse non est, quod εἰcέρχεcθαι verbum saepissime cum accusativo personae coniungitur, ut Aesch. Pers. 831 ὥc με πολλ' ἐcέρχεται ἄλγη. Hom. Il. 17, 157 μένοc ἄνδραc ἐcέρχεται. Eur. Or. 1323 με φόβοc τιc εἰcελήλυθε. Med. 931 εἰcῆλθε μ' οἶκτοc, Iph. Aul. 491 μ' ἔλεοc κόρηc εἰcῆλθε etc.

156 τι τέχνη cῇ reciperem, nisi mutam cum liquida coniunctam in Ocypode positionem non efficere mihi persuasissem. Scribo igitur τέχνη τι cῇ cum eodem viro docto, etsi versus propter multas diaereses non

1) Fr. Paetzolt, Observationes Criticae in Lucianum, Liegnitz 1880 p. 16.

bene cadit. Dindorfii autem versus vix elegantior est, nam dactyli forma $-|\smile\smile\ldots$ rara neque umquam in Ocypode adhibita est.

163 ἄφευκτον verbum memoratu dignum videtur; nam posterioribus demum temporibus pro ἄφυκτος forma scribitur. Lucianus, cum decies ἄφυκτος adhibuerit, ne semel quidem ἄφευκτος forma usus est, nec sane est forma poetica.

Laudo lectionem βάθος κακῶν, etsi ἄφευκτον πάθος κακόν asyndeton forsitan tolerabile sit. Optime enim ἄφευκτον adiectivum ad βάθος substantivum aptum videtur; atque legimus βάθος κακῶν identidem apud tragicos poetas, ut Aesch. Pers. 465 κακῶν ὁρῶν βάθος, 712 κακῶν ἰδεῖν βάθος et imprimis Eur. Hel. 303 εἰς γὰρ τοσοῦτον ἤλθομεν βάθος κακῶν, qui versus Ocypodis versui valde est similis.

167 Idem versus Euripidis legitur Lucian. Jup. Trag. 1, ubi libri tradunt ἄροιτ᾽ ἄχθος ΓΩSNav ἄραιτ᾽ ἄχθος AFjv m. rec. in Ω. Sed hunc versum auxilii causa conferre non licet, quoad Ocypodem a Luciano conscriptum esse non constet. Nec cum Euripidis versu (Or. 3) ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ᾽ ἄχθος ἀνθρώπων φύσις Ocypodis versum plane consentire oportet, quod ignoramus, utrum Ocypodis auctor illum versum descripserit an imitatus sit, an iam corruptum in libris legerit. Sequor igitur optimum Γ codicem invertens tantum metri causa ἄροιτ᾽ ἄλγος. Aoristus autem secundus verbi αἴρομαι et apud Homerum et apud tragicos occurrit, ut Il. 23, 592 ἀρόμην; Soph. El. 34 ἀροίμην Ai 247 ἀρέσθαι.

169 πόδα κρυπτὸς poetam non scripsisse ea de causa puto, quod κρ litteras productionem antecedentis vocalis non efficere persuasum habeo. Probo igitur Dindorfii coniecturam, quippe qua sensus quoque melior fieri mihi videatur.

170 De πρὸ τοῦ pro πρίν usurpato cf. Brinkmann Rhein. Mus. 1909 p. 157 sq.

De re metrica.

Illa exponenda mihi videbantur, ut fabulae a corruptelis, quantum fieri poterat, purgarentur, atque ita rei metricae quasi firmum fundamentum poneretur. Rem enim metricam ad quaestionem de auctoribus instituendam maximi momenti esse apparet. Videamus igitur, quas leges metricas Podagrae et Ocypodis auctores in componendis trimetris observaverint. Atque primum quidem de spondeis, tribrachis, anapaestis, dactylis, quos pro iambis substitui posse constat, dicamus.

De spondeis.

Spondei sunt in

pede I Pod. 125 = 55 %[1]) Oc. 92 = 53 %
pede III Pod. 123 = 55 % Oc. 67 = 39 %
pede V Pod. 110 = 49 % Oc. 74 = 44 %

Ex hoc brevi conspectu intellegitur in utraque fabula spondeos saepissime in pedibus imparibus admitti. Notabilis est differentia in tertio pede inventa; nam nullus poeta mediae aut novae comoediae Atticae tam raro in hoc pede spondeo usus est quam auctor Ocypodis. Apud Philomenem enim, qui omnium rarissime spondeum adhibuit, 46 %, in Ocypode tantum 39 % invenimus.[2])

De tribrachis.

Ut ad tribrachos transeamus, primum investigantes et enumerantes, quam saepe adhibiti sint, videamus. Scripti sunt tribrachi in

p. I Pod. 7 = 3 % v. 126 175 185 239 252 254 287
Oc. 2 = 1 % v. 18 67
p. II Pod. 23 = 10 % v. 112 140 141 147 152 163 169 174 181 222 224 231 234 246 247 249 250 257 260 261 296 307 309
Oc. 5 = 3 % v. 102 111 135 158 171
p. III Pod. 6 = 3 % v. 185 188 232 238 258 265
Oc. 15 = 9 % v. 27 35 36 42 43 45 70 76 107 108 112 124 131 139 154
p. IV Pod. 7 = 3 % v. 20 126 153 169 218 230 286
Oc. 10 = 6 % v. 5 24 51 62 70 96 100 105 152 164

1) Signis = et % ita utor, ut a mathematicis fieri solet.
2) cf. Perschinka, De mediae et novae quae vocatur comoedia Atticae trimetro iambico. Dissertationes Phil. Vindobonenses 1891 vol. III p. 327.

p. V Pod. 0
Oc. 1 v. 52.

Apparet Ocypodem a Podagra magnopere differre, cum Ocypodis auctor in tertio et quarto pede maiorem, in primo et altero pede multo minorem numerum tribrachorum adhibeat quam Podagrae. In Pod., ut in fabulis Euripidis, plurimi tribrachi in pede altero sunt, in Ocypode hoc loco tantum quattuor exempla inveniuntur. Neque umquam apud tragicos neque apud comicos poetas plurimi tribrachi in tertio pede adhibiti sunt[1]), ut in Ocypode factum est. Nunc ad singulas tribrachi formas transeamus.

1. Forma |◡◡◡| Tribrachus voce trisyllaba efficitur:

p. I Pod. 3: v. 126 ἔλαθον, 239 δόχμιος, 254 ἔθανε.
Oc. 0
p. II Pod. 1 : v. 261 ποδαγρός
Oc. 0

Ocypodis igitur auctor neque in primo neque in altero pede tribrachum trisyllabo vocabulo formatum scripsit, etsi hoc solutionis genus apud omnes poetas scaenicos usitatissimum est.[2])

2. Forma |◡◡◡. . . tribrachus formatur prioribus syllabis verbi, quod plus tres syllabas habet:

p. I Pod. 1 : 252 ἐδάμαςα
Oc. 0
p. II Pod. 3 : 181 μεταλαβών 246 τριετίας 257 Πελοπιδῶν
Oc. 0
p. III Pod. 0
Oc. 1 : 45 ἀδύνατος

De primo et altero pede non dicam, quod in his pedibus Ocypodis tam pauci tribrachi sunt, ut haec differentia magni non sit. Neque tamen neglegendum est, quod in tertio pede Ocypodis haec forma adhibita est, quae apud poetas tragicos numquam, apud comicos raro hoc loco invenitur.

3. Forma |◡|◡◡| Thesis voce monosyllaba, arsis voce bisyllaba constat.

p. I Pod. 1 : 185 ὅτ' ἐπί
Oc. 1 : 67 ὁ πόνος
p. III Pod. 0 :
Oc. 1 : 42 ςε δίχα

1) ibid. p. 347.
2) Quae de poetarum scaenicorum usu conferendi causa scripsi, in his libellis inveni:
C. F. Mueller, De pedibus solutis in dialogorum senariis Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, Berlin 1886.
Widegren, de numero et conformatione pedum solutorum in senariis Aristophanis, Upsaliae 1868.
Perschinka l. c.

Satis erit, ut in tertio pede hanc quoque formam rarissimam esse dicam; nihilo autem minus Ocypodis auctor ea hoc loco uti veritus non est.

4. Forma |◡|◡|◡| Tribrachus tribus vocibus monosyllabis efficitur. Quamvis rara exempla sint, tamen in Oc. unum est in p. III v. 124 μέν, ὃ δέ, in Pod. nullum.

5. Forma |◡◡|◡| Tribrachus bisyllabo et monosyllabo verbo formatur. Nec hanc quidem formam etiam minus elegantem Ocypodis auctor repudiavit in p. I 18 ὅτι τόν. Contra Podagrae auctor tragicorum consuetudinem secutus hoc solutionis genere abstinuit.

6. Forma |◡|◡◡. . . Thesis monosyllabo, arsis prioribus syllabis vocabuli proximi efficitur:

p. I Pod. 0.
Oc. 0
p. II Pod. 7 : 112 δὲ τελεταῖς 147 γὰρ ἐφύη 222 μὲν ἔλιπον 224 με δέχεται 234 με δέχεται 247 δὲ μιαροί 250 ὁ Κρονίδας
Oc. 3 102 γὰρ ἔκλυες 135 μὲν ὄνομα 158 γὰρ ἀφανῶς.
p. III Pod. 0.
Oc. 2 : 70 γὰρ ἔκλυον 131 τὸν ἕτερον
p. IV Pod. 1 : 153 δὲ ποταμογείτονα
Oc. 0.

De primo et altero pede dicere necesse non est, nec de quarto pede, quod exemplum in P. inventum nihil offensionis habet. Quod dicere non licet de Ocypodis v. 131, ubi in tertio pede τὸν ἕτερον et de Podagrae v. 250, ubi ὁ Κρονίδας legimus. Articulus enim τόν et ὁ non cum antecedenti, sed cum sequenti vocabulo arte cohaeret, ut his locis lex a poetis tragicis observata neglegatur.

7. Forma . . .◡|◡◡| Thesis ultima vocabuli syllaba, arsis verbo bisyllabo efficitur.

p. III Pod. 1 : 188 ἔχουςα παρά
Oc. 4: 43 πονοῦντα πόδα 76 μάθοιμι, τυχόν 139 πρόςθεν ἐπί 154 ὁποῖα βρέφος
p. IV Pod. 0.
Oc. 2 : 62 γέγονας, ἵνα, 70 ἔκλυον ὑπό

Inter 23 igitur tribrachos, quos in pedibus III et IV Ocypodis habemus, sexies haec forma, qua et tragici et comici utuntur, adhibita est, in P. inter 13 tribrachos semel.

8. Forma . . .◡|◡◡. . . Thesis ultima syllaba verbi, arsis prioribus syllabis vocabuli proximi formatur.

p. II P. 12 : 140 οἶδε Ποδάγραν 141 οὔτε λίβανον 152 φύλλα θριδάκων 163 ἄλευρα κυάμων 169 αἷμα μυελός 174 Ἰουδαῖος ἕτερον 231 ἔςυρεν ὀπίςω 249 τολμᾶτε Ποδάγρας 260 ἐπείπερ ἔπεςε 296 ἄϊςτος, ἀφανής 307 ἄλλο δύναται 309 Παύςαςθε, βάςανοι
Oc. 1 : 171 ὁποῖα Σάτυροι

p. III P. 4 : 185 λοετρὰ φερόμενος 232 περῶντι νότιος 238 νωθρὸν ἐλαφρά 265 πάσεσθε κόλασιν

Oc. 4 : 27 τοῦτον ἀθεράπευτον 36 ἀτραυμάτιστος, ἄβατος 107 ὕπερθε καταπεσών 112 νυκτὸς ἀνακαθήμενος

p. IV P. 5 : 20 μεμυκὸς ἐπιτείνει 126 τοι γὰρ ἱκέτῃ 169 οὖρον ἀπόπατος 218 στάδια διανύσας 230 πρόσθε διάλυτος

Oc. 6 : 51 πέπτωκας ἄτονος 96 σιδηρόχαλκον ἐπιφέρω 100 σιδηρόσπαρτον ἐπιβαλεῖν 105 πρῶτον ὑγιής 152 πέπηγα μεταβῆναι 164 σιδηρόπλαστον ὑπεδύσω

p. V P. 0

Oc. 1 : 52 γέρουσι παρέπεται

Hoc tribrachi genus, quod apud omnes poetas scaenicos saepissime occurrit, Podagrae quoque auctori maxime placuit; nam in 35 tribrachis, quos in pedibus II III IV adhibuit, 21 i. e. 60 % sunt huius formae. Minus saepe in Ocypode invenitur, in quo e 28 tribrachis in pedibus II III IV scriptis 11 i. e. 40 % ita formati sunt. Imprimis memorabile est, quod in tertio pede utriusque libelli quaterna sunt exempla, quamquam Ocypus hoc loco 13, Podagra tantum 5 tribrachos continet.

9. Forma . . . ⏑⏑⏑| Thesis ultima vocabuli syllaba, arsis duobus monosyllabis efficitur. Unum inveni exemplum, quod, cum et apud tragicos et apud comicos poetas hanc formam inveniamus, nihil offensionis habet: p. IV P. 286 ἔμβαινε, σὺ δὲ

10. Forma |⏑|⏑|⏑ . . . Thesis e monosyllabo, arsis e monosyllabo et priore syllaba vocabuli proximi constat.

p. I P. 1 : 175 ὁ δὲ θεραπείαν

Oc. 0

11. Forma |⏑⏑|⏑ . . . Thesis priore syllaba vocabuli bisyllabi, arsis altera eiusdem et priore sequentis vocabuli formatur.

p. II P. 0

Oc. 1 : 111 τάχα κρατῶν (pes fortasse corruptus est)

Formae 10 et 11 rarissime adhibentur, ut Ocypodis auctor bene fecerit, quod formam 10 repudiavit. Sed cum in primo pede tantum duos tribrachos scripserit, id ei magnae laudi tribuendum non est.

12. Forma . . . ⏑⏑|⏑ . . . Thesis ultima vocabuli syllaba, arsis monosyllabo et priore syllaba vocabuli proximi formatur.

p. IV P. 0

Oc. 2 : 5 πληγέντας ὑπ' ἐμοῦ (fortasse pes corruptus est) 24 γενναῖος, ὁ θρασύς

In P. videmus hanc formam apud poetas non usitatam nusquam, in Oc. bis adhiberi.

Ut facile perspici possit, quae formae in singulis pedibus inveniantur, summas exemplorum uniuscuiusque formae et pedis in hoc conspectu componam.

		1 |⏑⏑⏑|	2 |⏑⏑⏑..	3 |⏑|⏑⏑	4 |⏑|⏑|⏑|	5 ⏑⏑|⏑|	6 ⏑|⏑⏑.	7 ..⏑|⏑⏑	8 ..⏑|⏑⏑..	9 ..⏑|⏑|⏑|	10 |⏑|⏑|⏑..	11 ⏑⏑|⏑.	12 ..⏑⏑|⏑..	Summae
p. I	P.	3	1	1	—	—	—	—	—	—	1	—	—	6
	Oc.	—	—	1	—	1	—	—	—	—	—	—	—	2
p. II	P.	1	3	—	—	—	7	—	12	—	—	—	—	23
	Oc.	—	—	—	—	—	3	—	1	—	—	1	—	5
p. III	P.	—	—	—	—	—	—	1	4	—	—	—	—	5
	Oc.	—	1	1	1	—	2	4	4	—	—	—	—	13
p. IV	P.	—	—	—	—	—	1	—	5	1	—	—	—	7
	Oc.	—	—	—	—	—	—	2	6	—	—	—	2	10
p. V	Oc.	—	—	—	—	—	—	—	1	—	—	—	—	1
Summae	P.	4	4	1	—	—	8	1	21	1	1	—	—	41
	Oc.	—	1	2	1	1	5	6	12	—	—	1	2	31

Quibus expositis Ocypodis auctorem, quod attinet ad tribrachos, maiore quam Podagrae poetam licentia uti manifestum est. Utrum de anapaestis similiter indicandum sit necne mox apparebit.

De anapaestis.

Anapaestos inveni in

p. I P. 22 : v. 2 60 62 63 75 156 160 162 165 169 188 189 217 251 253 260 262 269 274 283 292 306

Oc. 3 : v. 2 67 157

p. II P. 6 : 59 157 226 255 263 276

Oc. 7 : 22 62 67 82 109 130 142

p. IV P. 6 : 172 183 189 260 262 267.

Oc. 4 : 49 83 153 156

p. V P. 1 : 158 (versus interpolatus videtur cf. p. 31)

Nemo horum exemplorum summis factis non intellegit inter utramque fabulam differentiam magnam esse; nam P. omnino 34, i. e. 15 exempla in centenis versibus continet, Oc. tantum 14 i. e. 8 %. Cum in altero, quarto, quinto pede idem fere anapaestorum numerus in utroque libello sit, in primo pede P. 22, Oc. tantum 3 exempla sunt. Sequitur, ut de singulis formis anapaestorum dicamus.

1. Forma |⏑⏑–| Anapaestus vocabulo integro constat.

p. I P. 13 : 2 Ποδάγρα 60 σκέδασον 63 δέκατον 162 σφυράθους 165 βατράχους 188 ἁπαλάς 189 Ποδάγρα 217 διόπερ 253 Πρίαμος 262 Ἰθάκης 269 ἔχομεν 283 βάσανοι 306 ἐλέαιρ'

Oc. 1 : 2 Ποδάγρα.

p. IV P. 2 : v. 152 ἱεράν 267 πενίᾳ

Oc. 1 : v. 156 δύναται.

Ut iam supra vidimus, in Podagrae primo pede multo plures anapaesti sunt quam hoc loco Ocypodis. Quare cum fiat, ut singulae quo-

que formae in p. I Podagrae saepius adhibeantur, omitto reliquas formas describens de differentiis in primo pede inventis mentionem facere.

2. Forma ⏑⏑_... Anapaestus prioribus syllabis vocabuli, quod plus tres syllabas habet, formatur.

p. I P. 3: v. 62 ἀθόλωτον 156 σταφυλῖνον 160 κυπαριςςίνην
Oc. 1: v. 157 θεράπευςον
p. II P. 3: v. 226 διανύςας 263 κατέπεφνον 276 κατάρατοι
Oc. 2: 62 στρατιώτης 67 ἑλελίξας

Haec forma in pede altero ab Euripide non nisi in nominibus propriis adhibetur.

3. Forma ⏑⏑_... Thesis bisyllabo, arsis priore syllaba vocabuli proximi efficitur. In Oc. anapaestus nusquam ita formatur, in P. bis.

p. I P. v. 75 τίνι δαιμόνων 169 στέαρ, αἷμα.

Euripides, qui rarissime huius formae anapaestos admittit, non nisi vocabulis arte inter se cohaerentibus eos format, quo cum usu P. v. 169 non congruit.

4. Forma |⏑⏑|_| Thesis bisyllabo, arsis monosyllabo constat.

p. I P. 2: 251 λέγετ' ὦ 292 φέρετ' ὦ
Oc. 0

Podagrae exempla nihil offensionis habent, quod vocabula arte inter se coniuncta sunt.

5. Forma |⏑|⏑_... Prior theseos mora monosyllabo formatur, ab altera vocabulum proximum, quod plus duas syllabas habet, incipit.

p. I P. 2: 260 ὅ, ἐπείπερ 274 ὃς ἔταξε
Oc. 0
p. IV P. 0. Oc. 1: v. 83 γὰρ ἰατρός, sed versus corruptus est neque adhuc bene restitutus videtur, quod haec anapaesti forma apud tragicos poetas nusquam, apud comicos non nisi in primo pede invenitur.

6. Forma |⏑|⏑_| Anapaestus duobus verbis constat, quorum prior monosyllabum est.

p. II P. 0 Oc. 2: v. 130 μὲν ἀκμὴν 142 τί λέγεις, sed uterque versus corruptus est. In tragoedia haec forma rarissime admittitur.

7. Forma ...⏑|⏑_... Anapaestus vocabuli syllaba ultima et prioribus syllabis sequentis verbi formatur.

p. II P. 1: 59 λεῖπε μελάθρων
Oc. 1: 22 ταῦτα φλυαρῶ
p. IV P. 0. Oc. 1: 153 πολλὰ μεταστῆςαι

Ab hac forma poetae tragici abstinuerunt, nec poetae comici eam frequenter usurpant.

8. Forma ...⏑⏑|_... Thesis vocabuli exitus, arsis initium proximi vocabuli est.

p. II P. 0. Oc. 1 v. 109 δαίμονι πληγείς.

Haec forma superiore etiam rarius occurrit, atque eo magis Ocypodis versus improbandus est, quod omnino tantum 14 anapaesti in eo inveniuntur.

9. Forma ...⏑⏑_| Anapaestus extremis vocabuli syllabis constat.

p. II P. 1: 157 ὑοςκύαμον
Oc. 0
p. IV P. 3: 183 εὐτραπέλους 189 γινομένη 262 Λαρτιάδην
Oc. 0

10. Forma ...⏑⏑_... Anapaestus in medio verbo positus est.

p. II P. 1: v. 255 Βελλεροφόντης
Oc. 0
p. IV P. 1: 260 Πρωτεςίλαος Oc. 0.

Formarum 9. et 10., quibus et Euripides et poetae comici utuntur, in P. 6 exempla sunt, in quibus tria formantur nominibus propriis; in Oc. ne unum quidem.

Ut non solum formae, sed etiam singuli pedes facile inter se conferri possint, in hac tabula breviter, quae de formis exposui, colligo.

		1 |⏑⏑_|	2 ⏑⏑_...	3 ⏑⏑_...	4 ⏑⏑|_|	5 ⏑|⏑_...	6 |⏑|⏑_|	7 ...⏑|⏑_...	8 ...⏑⏑|_...	9 ...⏑⏑_	10 ...⏑⏑_...	Summae
p. I	P.	13	3	2	2	2	—	—	—	—	—	22
	Oc.	1	1	—	—	—	1	—	—	—	—	3
p. II	P.	—	3	—	—	—	—	1	—	1	1	6
	Oc.	—	2	—	—	—	2	1	1	—	—	6
p. IV	P.	2	—	—	—	—	—	—	—	3	1	6
	Oc.	1	—	—	1	1	—	1	—	—	—	4
Summae	P.	15	6	2	2	2	—	1	—	4	2	34
	Oc.	2	3	—	1	1	3	2	1	—	—	13

In unoquoque pede differentias magnas indicari admonens de hoc conspectu multa verba facere nolo, atque in dactylos animum converto.

De dactylis.

Iam exempla, quae inveni, enumero

p. I P. 11: v. 19 24 29 142 171 173 179 180 287 305 310
Oc. 6: v. 13 20 27 65 69 154
p. II P. 1: v. 158, (sed versus interpolatus videtur cf. p. 31)
Oc. 0
p. III P. 34: v. 19 21 24 26 60 67 70 128 143 146 150 165 170 171 173 175 184 217 218 220 223 226 229 236 240 241 253 254 255 257 258 268 296 307
Oc. 19: v. 7 13 29 33 35 41 50 62 63 79 86 91 108 110 127 138 145 158 159
p. V P. 0, Oc. 2: 16, 25 (sed versus corruptus videtur. cf. p. 40)

Omnium exemplorum summis factis Podagrae auctorem plures dactylos quam Ocypodis adhibuisse intellegimus. Nam in P. omnino 45 i. e. 20 %, in Oc. 25 exempla i. e. 15 % sunt. Nihilo autem minus Ocypodis poeta in quinto pede dactylum admisit, id quod apud poetas comicos Graecos interdum quidem, apud tragicos numquam fit. Accedamus nunc ad singulas formas.

1. Forma –◡◡ Dactylus vocabulo integro constat:

p. I P. 3: 19 πνεύματι 29 ἐλπίδι 30 ἤπιον
Oc. 2: 65 μηδένι 159 νήπιος

2. Forma –◡◡ . . . Efficitur dactylus prioribus syllabis verbi, quod plus tres syllabas habet. In P. nullum, in Oc. unum exemplum huius formae a tragicis poetis perraro admissae est in

p. I Oc. v. 27 ἀντέδακα

3. Forma –|◡◡ Thesis[1] vocabulo monosyllabo, arsis bisyllabo formatur.

p. I P. 0, Oc. 2: 13 καὶ τότε 69 τὸν πόδα
p. III P. 1: 241 cὸc ταχύ
Oc. 0

Differentia, quam his tribus formis perspectis invenimus, non est digna, quae magni existimetur.

4. Forma –◡◡ . . . Thesis vocabulo monosyllabo, arsis prioribus vocabuli sequentis syllabis formatur.

p. I P. 4: 24 ἢ Σικελόc 287 ἐc γόνατα 305 ἢ διαβραχεῖc 310 τῶν μετανοούντων
Oc. 0
p. III P. 1: 220 γῆc ὅρια
Oc. 1: 91 coι; κατακνίcω

Quae forma a poetis tragicis in primo pede raro, in tertio frequentissime usurpatur, ut Ocypodis auctor bene fecerit, quod in primo pede ea usus non est.

5. Forma –|◡|◡ Constat dactylus tribus vocabulis monosyllabis. In Ocypode nullum, in P. unum est exemplum

p. I P. v. 171 οἱ δὲ τό.

Eandem formam Euripides nonnumquam admittit.

6. Forma |–|◡|◡ . . Prior et altera dactyli syllabae singulis vocabulis monosyllabis, tertia priore proximi verbi syllaba formatur. Neque huius formae in Ocypode ullum exemplum invenitur, in P. unum in

p. III P. v. 170 μὲν τὸ διά

Paucis tantum locis Euripides dactylos hunc in modum formavit.

7. Forma |–◡|◡ . . . Dactyli thesis et prior arseos mora verbo bisyllabo, altera arseos mora priore sequentis vocabuli syllaba efficitur.

1) Quod de trimetris iambicis disputo, longam dactyli syllabam thesin, breves syllabas arsin appello.

p. I P. 2: 142 οὔτε χυθέν 173 ἄλλοc ἐπαοιδαῖc
Oc. 0

Tales quoque dactylos Euripides interdum admittit.

8. Forma |–◡|◡| Thesis et prior arseos mora bisyllabo verbo, altera arseos mora monosyllabo constat.

p. I P. 1: 179 τοῖcι δὲ φρονοῦcι
Oc. 1: 20 ἀλλὰ κατ'

Hanc formam Euripides bis tantum adhibuit.

9. Forma . . . –|◡◡| Thesis verbi syllaba ultima, arsis bisyllabo constat.

p. III P. 3: 19 βιαίῳ τόδε 67 ἀμείβειν ἐπί 184 δρᾶται μετά
Oc. 10: 29 δεινὸc Πόνοc 33 κλεψίχωλον πόδα 35 δεινὸc κατά 79 αὐτῆc ὄνομ' 86 ἐπλήγην ὑπό 111 Οἴμοι, πόθεν 128 ἀφορμῆc δίχα 139 ἀρχὴν ὄνομ' 146 ἦλθεc πόνον 159 ἀφανῶc, κατά
p. V P. 0 Oc. 1: v. 16 τούτου δίχα (versus corruptus videtur)

Quamquam in Podagrae p. III 34 dactyli sunt, tamen tria tantum huius formae exempla habemus, in Ocypode, in cuius p. III 19 dactyli sunt, undecim. Atque cum apud Euripidem duo verba semper arte cohaereant, quam legem Podagrae auctorem observavisse cognoscitur, Ocypodis versus 16 et 127 ab hoc usu abhorrent.

10. Forma . . . –|◡◡ . . . Thesis ultima verbi syllaba, arsis prioribus proximi vocabuli syllabis formatur.

p. II P. 1: 158 ψύλλιον λίβανον (versus corruptus videtur, ut iam supra dixi, cf. p. 31)

p. III P. 23: 21 αὐτῶν διάπυρον 24 αὐλῶν ἁλιπόρου 26 πετρῶν cκολιόc 60 ὅccων νύχιον 70 ποδαγρῶν. περιπατεῖν 143 ὄλβου περικρεμήc 146 Φοίβου πολυμαθήc 165 ὑαίναc, τραγελάφουc 173 ἐπαοιδαῖc ἐπιθετῶν 175 θεραπείαν ἔλαβε 217 κραταιῶc cυνοχμάcαc 218 ἥκω cτάδια 223 τρέμουcαν διαλύτοιcιν 226 διανύcαc ἴχνεcιν 229 ὀλίcθῳ περιπεcών 230 ἀπήνη παραδράμῃ 253 Ποδάρκηc ποδαγρόc 254 'Αχιλλεὺc ποδαγρόc 255 Βελλεροφόντηc ποδαγρόc 257 Πελοπιδῶν ποδαγρόc 258 υἱὸc ποδαγρὸc 268 θάλαccαν ἐφέπομεν 296 ἀφανήc, πύματα.
Oc. 7: 7 ματαίαν πρόφαcιν 13 δαμαcθεὶc ὀνομάcαc 41 πίπτων καταβάλῃc 62 cτρατιώτηc γέγοναc 63 πληγῆc; περικυκλεῖc 108 νυκτὸc διυπνίcαc 159 πλανήταc περιελών.

Qua forma et apud tragicos et apud comicos poetas usitatissima Podagrae auctor in duabus fere omnium tertii pedis dactylorum partibus usus est. At Ocypodis auctor in hoc pede ex 19 dactylis tantum 7 hoc modo formavit, cum rarioris formae 9. dactyli in hoc libello praevaleant.

11. Forma . . . –|◡|◡ Thesis ultima vocabuli syllaba, arsis duobus verbis monosyllabis efficitur.

p. III P. 1: 171 ὀκτώ, τὸ δὲ
Oc. 1: 50 πρέcβυc, cὺ δ' ὁ
p. V P. 0, Oc. 1: 25 εἶναι μέ τι (versus corruptus videtur)

Neque hoc solvendi genus ab Euripidis usu alienum est.

12. Forma . . . _ ⏑⏑ . . . Thesis extrema vocabuli syllaba, arsis verbo monosyllabo et priore syllaba proximi verbi formatur.

p. III P. 4: 128 κατάρξω τὸ ποδαγρῶν 150 ἄλλην ἐπ' ἐμέ 236 ἔνθεν τὰ δ' ἑτέρωθ' (haec est coniectura) 307 δύναται σὸν ἀναχαιτίσαι

Oc. 0 Hac quoque forma Euripides utitur. Atque ut singuli pedes facile possint conferri, brevi in conspectu summas pono uniuscuiusque formae.

		1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	Summae
p. I	P. Oc.	3 2	— 1	— 2	4 —	1 —	—	2 —	1 1	—	—	—	—	11 6
p. II	P.	—	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	—	1
p. III	P. Oc.	—	—	1 —	1 1	—	1 —	—	—	3 10	23 7	1 1	4 —	34 19
p. V	Oc.	—	—	—	—	—	—	—	—	1	—	1	—	2
Summae	P. Oc.	3 2	— 1	1 2	5 1	1 —	1 —	2 —	1 1	3 11	24 7	1 2	4 —	46 27

De hoc conspectu multa verba facere necesse non est, cum, quae supra satis copiose exposita esse puto, contineat. Idem dico de tabula infra proposita, qua quam saepe in centenis versibus pro iambis pedes soluti substituti sint, illustratur:

		p. I	p. II	p. III	p. IV	p. V
Spondei	P. Oc.	55 53	—	55 39	—	49 44
Tribrachi	P. Oc.	3 1	10 3	2 8	3 6	— 1
Anapaesti	P. Oc.	10 2	3 4	—	3 2	—
Dactyli	P. Oc.	5 4	—	15 11	—	— 1

Iambi igitur sunt in

	p. I	p. II	p. III	p. IV	p. V
P.	27 %	87 %	28 %	94 %	51 %
Oc.	40 %	93 %	42 %	92 %	54 %

Ex omnibus, quae de spondeis, tribrachis, anapaestis, dactylis scripsi, Podagram et Ocypodem fabulas cum frequentia, tum qualitate

pedum solutorum valde inter se differre apparere puto. Atque in Podagra saepius quidem pro iambis pedes soluti substituuntur quam in Ocypode, sed ii magna ex parte elegantius formati sunt quam in altero libello. Deinceps agamus

de versibus binos vel ternos pedes solutos continentibus.

Sunt bini tribrachi in

P. 1: v. 185 in p. I et III
Oc. 1: v. 70 in p. III et IV

bini anapaesti

P. 2: 260 p. I et III, 262 p. I et IV
Oc. 0

bini dactyli

P. 4: v. 19 24 171 173
Oc. 1: v. 13

anapaestus et dactylus

P. 8: 60 165 189 217 253 p. I et III, 158 p. I et V, 253 255 p. II et III
Oc. 0

anapaestus et tribrachys

P. 2: 188 p. I et III 260 p. II et IV
Oc. 1: 67 p. I tribrachus p. II anapaestus

dactylus et tribrachys

P. 5: 218 p. III et IV, 254 p. I et III, 257, 296, 307 p. II et III
Oc. 3: 27, 154 p. I et III, 158 p. II et III

Ternos pedes solutos inveni in

P. 1: 169 p. I anapaestus p. II et p. IV tribrachi
Oc. 1: 62 p. II anapaestus p. III dact. p. IV tribrachys.

In Podagra omnino 22, in Ocypode tantum 6 versus sunt, qui binos pedes solutos continent. Sed quamvis multa exempla in P. sint, tamen nusquam nisi in versu 174 plus tres deinceps syllabae breves scriptae sunt. Contra in Ocypode fabula, quae est minore elegantia, inter illos 6 versus tres sunt, in quibus syllabae breves cumulatae sunt, nam in v. 62 dactylum tribrachus, v. 67 tribrachum anapaestus sequitur, et in v. 70 duo tribrachi coniuncti sunt.

Non pergam, antequam ea, quae mihi obici posse existimo, infirmaverim. Dicet enim quispiam me versari in rebus pusillis et non dignis, quae in quaestione de re metrica instituta locum obtineant. At haud facile poeta ullus summas ac primas leges metricas neglegit, ut hae fere idoneae non sint, quae differentiis inveniendis sint. Immo ex minutiis, quae non primo obtutu animadvertuntur, ingenii proprietas

facilius cognoscitur, quod in iis poeta non leges traditas, sed suam naturam sequitur.

De caesura et diaeresi,

ad quas nunc accedo, non multum erit dicendum. Ut apud alios poetas scaenicos, ita in P. et Oc. saepissime caesura semiquinaria reperitur. Sunt enim in P. 165 = 72 % exempla, in Oc. 131 = 77 %. Atque caesurae semiseptenariae in P. 63 = 28 %, in Oc. 40 = 23 % exempla sunt; in neutra autem harum fabularum versus invenitur, qui non aut caesuram semiquinariam aut semiseptenariam habeat. Cum non paucis locis in uno atque eodem versu non modo tertii, sed etiam quarti pedis thesis extrema vocabuli syllaba formetur, nonnumquam utrum caesura semiquinaria an semiseptenaria statuenda sit, dubitare licet. Sunt enim in P. 77 = 34 %, in Oc. 40 = 24 % eius generis versus. Verumtamen plerumque verborum iunctura quae quoque loco caesura principalis putanda sit, indicatur. Differentia modo reperta non magna illa quidem est, sed quod in Ocypode rarius in singulis versibus binae caesurae sunt quam in Podagra, conicio Ocypodis auctorem rarius verbi extremam syllabam in medio pede ac saepius in exeunte pede ponere quam auctorem Podagrae. Atque profecto locos quibus vocabuli extrema parte arsis iambi formatur, inveni in Oc. 451 = 53 %, in P. 496 = 44 %. Sunt enim exempla in

	p. I	p. II	p. III	p. IV	p. V
P.	141 = 65 %	44 = 20 %	67 = 30 %	110 = 49 %	134 = 60 %.
Oc.	126 = 75 %	47 = 28 %	70 = 41 %	109 = 64 %	99 = 58 %.

Apparet in omnibus pedibus in Ocypode plura exempla reperiri quam in Podagra, atque hoc auctori nemo dabit laudi, quod ita versus quasi membratim caesi minus volubiles fiunt. Ceterum cum hac re conferenda sunt, quae da singulis pedum solutorum formis supra exposui; nam iis tribrachis, anapaestis, dactylis, qui verborum ultimis syllabis formantur, computatis apparent hae: tribrachorum formarum 1, 3, 4, 5, 7, 9 in Pod. exempla sunt 7, in Ocypode 11; dactylorum formarum 1, 3, 5, 8, 9, 11 in P. 11, in Oc. 20. Quod attinet ad anapaestos, res alia esse videtur, nam anapaestorum formarum 1, 4, 6, 9 in P. 21, in Oc. 11 exempla sunt, sed hoc propterea ita esse apparet, quod in P. multo plures anapaesti sunt quam in Oc. Quam saepe in primo et sexto pede singulos pedes singula aut bina vocabula integra expleant, ex tabula modo proposita intellegitur. Maiorem differentiam reliquos pedes perscrutatus inveni; nam sunt in P. exempla 108 = 48 %, in Oc. 143 = 86 %. Manifestum igitur est in P. pedes multo melius inter se nexos esse quam in Oc. Deinceps dicatur

de synaloephe sive elisione quae dicitur.

Atque exempla omnia hic exscripsi. α littera synaloephen patitur his locis:

ἀλλά P. 8: 72, 77, 79, 190, 207, 216, 235, 279
Oc. 3: 7, 72, 155

μετά P. 2: 159, 229 Oc. 0; διά P. 3: 171 (bis) 232 Oc. 1: 151. εἶτα P. 2: 276, 281 Oc. 0. κατά P. 0 Oc. 3: 20, 73, 88. ἵνα P. 0 Oc. 1: 95. Neutrum sg. P. 1: v. 1. Oc. 3: 79, 117, 138; femin. sg. P. 2: 4, 187 Oc. 0; Accusativus sg. P. 0. Oc. 1: 85.

ϵ littera synaloephe afficitur:

τέ P. 1. 5 Oc. 0. οὐδέ P. 2: 11, 250, Oc. 0. οὔτε P. 2: 306, 307 Oc. 0. ποτέ P. 2: 80, 248. Oc. 0. ἐκεῖτε P. 1: 25 Oc. 0. δεῦτε P 1: 282 Oc. 0. ὅτε P. 1: 185 Oc. 0 γέ P. 1: 252 Oc. 2: 12, 134. τόδε P. 2: 25, 304. Oc. 1: 47. δέ P. 8: 21 60 69 82 83 127 184 254 Oc. 14: 26 29 31 35 50 51 66 67 110 114 123 134 144 148. Imperativus P. 8: 82 191 206 251 284 289 291 306 Oc. 1: 58.

o littera synaloephen patitur his locis:

ἀπό P. 2: 17, 60 Oc. 0. τοῦτο P. 0 Oc. 3: 17 47 133. ὑπό P. 0 Oc. 3: 26 59 171. Optativus P. 0 Oc. 1: 167.

i littera synaloephen patitur his locis: ἐπί P. 3: 21 150 186 Oc. 1: 136. Dativus sg. P. 0 Oc. 1: 122 (πεινῶντι). ἐςτί P. 0, Oc. 2: 133 134.

Quae elisionis exempla computata non nihil novi docent. Differentiam quidem, quae in littera α elidenda observatur, non magni existimans maioris esse puto, quod o littera in P. bis, in Oc. septies synaloephen patitur et quod in Oc. semel i littera dativi et bis i vocis ἐςτί hoc modo excutitur; ϵ quoque littera elidenda inter se differunt P. et Oc.; nam in P. ea locis 31 (= 14 %) in Oc. locis 17 (= 10 %) elisione afficitur. Imperativus in Oc. semel, in P. octies synaloephen patitur. Imprimis notandum mihi videtur δέ particulam in P. octies (= $3^1/_2$ %), in Oc. quaterdecies (= 8 %) elisione affici, quamquam δέ vocabulum in Oc. paulo tantum saepius quam in P. invenitur. Nam scriptum est in P. locis 34 (= 15 %), in Oc. locis 29 (= 17 %). Forsitan aliquis putet auctorem Ocypodis hoc modo productionem antecedentis syllabae efficere voluisse; at uno ex illis quattuordecim exemplis in Oc. v. 35 invento productio efficitur, cum in P. tribus locis (v. 60, 127, 184) syllaba longa desideraretur, si δ' particula adscripta non esset. Immo Ocypodis poeta hoc puerili fere modo hiatum evitare voluit, nam in quattuordecim illis versibus undecim, id est omnes fere sunt, in quibus δ' vocabulo omisso hiatus oritur: cf. v. 26 29 31 50 51 110 114 123 134 144 148. Ceterum δέ particulam tam tritam esse constat, ut eam his locis etsi a sensu abhorrere contendere non audeam, tamen Lucianum tam saepe et tam commode impedivisse, ne hiatus oreretur non putem. In Podagra tantum bis (v. 83 et 253) hiatus existeret, si δέ particula omissa esset; sed altero horum locorum hiatus vel ν paragogico adscripto evitari poterat: vides P. v. 254 ἔθανε δ' Ἀχιλλεύς; eadem est res in Oc. v. 110 ἔλεξε δ', Οἴμοι.

Hiatus omnino in P. numquam, in Oc. bis admissus est. Legimus enim Oc. v. 91 τί οὖν v. 120 μηδὲ ἕν. Sophocles et Aeschylus hiatum in trimetris iambicis non nisi post τί pronomen admittunt, cum exem-

plum ut μηδὲ ἕν apud eos numquam, apud poetas comicos interdum tantum inveniatur. Euripides autem ne post τί quidem hiatum habet. Sequitur, ut dicam

de vocabulis monosyllabis in exeunte versu collocatis.

Constat vocabulum monosyllabum, quod non cum superiore verbo tam arte cohaereat, ut ambo quasi unum vocabulum efficiant, in fine versus non poni solere. Quae lex in P. semel violata videtur, etsi dubito, an non legendum sit in v. 256 ἦν ποδαγρὸς Οἰδίπους (cf. p. 34). Omnibus autem ceteris locis verbum monosyllabum in sexto pede positum encliticum est, nam non nisi versus 55 150 176 218 229 241 in vocabula monosyllaba exeunt, quae sunt μου, μοι, με, σοι pronomina enclitica. Eadem fere res est in Ocypode, nam in exitu versuum 61 104 144 μοι et μου pronomina leguntur. In versibus 41 et 173, qui ὤν participio et v. 92, qui δεῖ vocabulo terminantur, enclitica verba etsi non habemus, tamen haec vocabula arte cum antecedentibus cohaerent; cf. Aesch. Prom. v. 715, φυλάξασθαί σε χρή.

De lege Porsoniana.

Videamus nunc, num in P. et Oc. lex, quae dicitur Porsoniana, observetur. Secundum hanc legem in Graecorum tragoediis pauci versus inveniuntur, in quibus thesis quinti pedis syllaba longa formatur, si ea syllaba extrema vocabuli plures syllabas continentis est. Perraro igitur admittitur finis versus hoc modo conformatus: . . . –‖–∪⏓ vel. . . . –‖– ∪⏓. A qua tragicorum consuetudine discrepant Podagrae versus 112 126 152 154 157 160 222 225, in quibus creticus in fine positus integro vocabulo efficitur. Exeunt enim hi versus hunc in modum: 112 ὀργιάζει προσπόλους 126 ἱκέτῃ πρευμενὴς 152 νομαίαν ἀνδράχνην 154 ἄλλοι σύμφυτον 157 βολβούς, σίδια 160 γῦριν κριθίνην 222 βασμῶν κλίμακα 225 ἀντερεῖδον κρούμασιν. Discrepant praeterea ab illa lege nonnulli versus, qui hunc in modum exeunt . . . –|–|∪–: 161 γέλωτος καὶ κρότου et 266 Δαμασκοῦ τῷ γένει. In reliquis Podagrae versibus lex Porsoniana observatur: v. 10 13 82 156 161 168 171 222 260 263 303.

Alia est res in Ocypode. Tribus quidem locis, quibus creticus binis vocabulis constat, lex non observatur: v. 30 τρυπᾷ τὴν κάτω 105 ὑγιὴς ἐν δόμοις 113 ἐξεθρήνει τὸν πόδα, omnes autem reliqui versus ita exeuntes in thesi quinti pedis syllabam brevem habent: v. 15 51 93 103 120 147. Atque ne unus quidem versus in hac fabula est, in quo illa lex violatur, si creticus vocabulo integro efficitur. Sunt autem eius modi versus in Ocypode sex: 24 27 32 53 83 87. Quae differentia eo magis notabilis est, quod in ceteris rebus Ocypodis versus neglegentius conscripti sunt quam Podagrae. Podagrae enim auctorem saepius quam Ocypodis poetarum tragicorum usum sequi iam identidem vidimus et brevi iterum videbimus, ubi primum

de correptione, quae dicitur Attica,

quaesiverimus. Ea tantum exempla afferam, in quibus syllaba longa brevisne sit, in dubio non versatur; nam locis, quibus syllaba anceps esse potest, nihil demonstratur. Syllabam autem aliquam brevem esse imprimis eo apparet, quod in thesi secundi vel quarti vel sexti pedis iambi posita est. Praeterea syllabas in thesi anapaesti et dactyli aut in arsi tribrachi scriptas breves esse apparet. Ad quae animum intendens inveni haec:

1. Si a litteris muta et liquida coniunctis verbum incipit, neque in P. neque in Oc. umquam antecedens vocalis producitur; id quod ostendunt exempla haec:

P. πλ v. 252 ἐδάμασα πλείστους, τλ 58 ἔγειρε τλῆμον, θρ 152 φύλλα θριδάκων, κρ 250 ὁ Κρονίδας, πρ 63 τοῦτο πρός 207 ἔστι πρᾶξις 242 βέλτιστε πρᾶξις, τρ 241 ταχὺ τρέχειν, φρ 164 ἕψουσι φρύνους 179 δὲ φρονοῦσι, χρ 269 δὲ χρῖσμα, 271 τὸ χρῖσμα

Oc. πλ 63 σὺ πληγῆς, 109 δαίμονι πληγείς, 126 οἶδα πλήν, φλ 22 ταῦτα φλυαρῶ, θρ 24 ὁ θρασύς, κρ 118 δεινὰ κρύπτειν, πρ 50 ὁ πρέσβυς, 139 σὺ πρόσθες, τρ 30 νυγμοῖσι τρυπᾷ, 169 με τρυπᾷ, χρ 92 σε χρή.

2. Neque in iis verbis compositis, in quibus a muta cum liquida coniuncta alterum verbum incipit, productio efficitur. In Oc. eius modi exemplum non est, in P. duo sunt: v. 143 περικρεμής 305 διαβραχείς.

3. Unus tantum locus in P. est, quo muta in exitu, liquida in initio verbi est: v. 233 ἐκ-λελυμένω, ubi syllaba ἐκ longa est.

4. Ante mediam et nasalem coniunctas (γμ, γν, δμ, δν) syllaba antecedens semper longa est:

P. γμ v. 22 φλογμῶν, γν v. 1 στυγνόν, δν v. 304 Ἐχίδνης
Oc. γν v. 92 γιγνώσκειν.

5. Reliquis locis in Podagra productio modo efficitur, modo omittitur, in Ocypode numquam efficitur; atque

a) syllaba brevis legitur in

P. πλ. v. 305 πέπλος, κμ 27 δυστέκμαρτον, θν 9 τεθνῶσιν, 307 ἔθνος, κν 2 τέκνον, φν 77 δάφνης, χν 150 τέχνην, 152 ἀνδράχνην, 209 ἰχνεύων, γρ 2 Ποδάγρα, 128 ποδαγρῶν, 189 Ποδάγρα, ἄγρα, 253 254 255 257 258 261 ποδαγρός, θρ 282 σκυθρωπαί, κρ 17 ἄκρας, 18 πικρῷ, 167 δάκρυ, 284 ἄκρους, πρ 162 κόπρον, 243 πέπρακται, τρ 12 πέτρῳ, 158 νίτρον, 165 βατράχους, φρ 238 ἐλαφρά, χρ 285 ἄχρις, 297 κέχρισται

Oc. κλ. v. 2 κέκλημαι 63 περικυκλεῖς 70 ἔκλυον 102 ἔκλυες, πλ 61 ἐπλήγην 81 ἁπλοῦν 86 ἐπλήγην, 104 ἐπλήγη 135 διπλῆς, πν 108 διυπνίσας, φν 154 ἄφνω, χν 31 ἴχνος, 85 τέχνην γρ 2 Ποδάγρα 139 ἄγραν, θρ 113 ἐξεθρήνει, κρ 115 πικράν, 132 δακρύσεις

b) syllaba longa redditur:

P. τμ 141 ἀτμός, φν 263 κατέπεφνον, χν 226 ἴχνεσιν, γρ 70 ποδαγρῶν, 256 ποδαγρός, δρ 283 πάρεδροι, θρ 59 μελάθρων, κρ 17

ἄκρων, 287 πικρόν, τρ 26 πέτρων 269 πατροδώρητον 292 ἀτρεκέςτερον.

Oc. 0.

De iis, quae sub numeris 1. 2. 3. attuli, multa verba facere necesse non esse puto, quod Podagrae et Ocypodis auctores hac in re cum plurimis poetis consentiunt. Vix quoque notatu dignum est, quod ante mediam et nasalem coniunctas syllaba antecedens in neutra fabula corripitur, nam a nullo Graecorum poeta ante γμ, γν, δμ, δν litteras correptio admittitur. Magni vero est, quod in Ocypode ante tenuem vel aspiratam cum liquida coniunctam syllaba ne semel quidem producitur, cum productionis exempla in P. sint 12. Friedrichsmeierus, qui (p. 61) Lucianum certam regulam in correptione Attica tractanda secutum esse negat, ea de causa falso iudicavit, quod non satis ad criticam grammaticamque rationem Ocypodem fabulam a corruptelis purgare studuit. Ac primum quidem ἀκμήν vocabulum (Oc. v. 130) productionis exemplum affert. Sed hic versus, tantopere corruptus, ut eo nihil demonstrari possit, neglegendus est in quaestione de re metrica instituta. Ceterum in altero huius versus pede anapaestum legere licet, ut iam supra dixi p. 44. In v. 143 Friedrichsmeierus μικρόν vocabuli priorem syllabam κρ litteris longam fieri putat non cogitans i litteram huius vocabuli natura longam esse. Atque in v. 6 τἀτρεκῆ, non ἀτρεκῆ in optimis codicibus tradi idem vir doctus scire non poterat. Nec versus 14 et 169 me errare ostendunt. Nam tam raro apud omnes poetas scaenicos ante vocabulum a τρ vel κρ litteris incipiens extrema antecedentis vocabuli producitur syllaba, ut his locis potius codices corruptos esse quam productiones admissas putem. Atque certe minime verisimile est poetam ullum, qui in media voce ante tenuem cum liquida coniunctam syllabam antecedentem numquam producat, id tum facere, cum ab his litteris vocabulum sequens incipiat. Quare arbitror iam Dindorfium iure versum 169 corruptum esse iudicantem pro codicum lectione πόδα κρυπτός substituisse πόδ' αὖ κρυπτός (cf. p. 46). Quod attinet ad versum 14, ubi in codicibus πᾶcι θρίαμβος legitur, iam Friedrichsmeierus ipse hoc exemplum ν paragogico supplendo excusari scripsit. Atque de ν paragogico codicum auctoritas, ut p. 40 ostendi, parvi existimanda est, et in versu quoque 48 ν paragogicum ad syllabam producendam adhibetur (legitur ibi ἐςτὶν νέος in versus fine). Neque sane poetae, qui aliis locis has productiones evitaret, veniam daremus, si hoc loco, quo tam facile sibi constare posset, a sua et omnium fere temporum consuetudine recessisset. Quibus causis commotus in Ocypode non nisi ante γν litteras, quod attinet ad correptionem Atticam, syllabam brevem produci fortissime affirmo.

Haec mihi in mentem veniebant, quae dicenda putarem de re metrica. Atque profecto nescio, qua in rei metricae parte magna inter illas fabulas discrimina non invenerim. Nam utrumque libellum, quod attinet ad pedes solutos, elisionem, legem Porsoni, correptionem Atticam minime easdem leges metricas sequi apparuit. Podagram igitur et Ocypodem libellos in unam fabulam coniungendos non esse iam pro certo

contendere licet. Sed haud scio an Podagrae auctor Ocypodem alio tempore ac Podagram conscripsisse statuere liceat. At vix credi potest poetam ullum de podagra, re minime poetica, duas fabulas conscripsisse. Potissimum autem utriusque libelli dicendi genus ostendit duos auctores statuendos esse. Iam igitur videamus quae exponenda sint

de genere dicendi.

Atque fabulas has facillime eo modo inter se conferre me posse arbitror, ut primum quae utriusque vocabula apud Lucianum occurrant, tum, apud quos auctores reliqua vocabula inveniantur, perquiram.[1]) Qua in re verborum Lucianeorum indice usus sum, qui in quarto Iacobitzii editionis volumine continetur. Atque ea tantum vocabula collegi, quae aut numquam aut non nisi in versibus occurrunt apud Lucianum; versus enim, quos in Luciani libris legimus, aut semper aut plerumque ab hoc autore compositi non sunt. Quo modo inveni in Podagrae trimetris 113 (180)[2]) vocabula, quae a Luciano non usurpantur, in Ocypode tantum 35. Quorum omnium verborum alia non nisi a poetis aut raro a scriptoribus solutae orationis, alia a nullo scriptore, alia tantum a scriptoribus solutae orationis adhibentur. Quae ut facile examinari possint, describere cogor, apud quos auctores unumquodque occurrat.[3])

1. Leguntur autem non nisi apud poetas aut raro apud scriptores solutae orationis

Podagrae dialogi verba haec:

πολυςτένακτος A. P. κευθμών Od. Hes. Pind. Tragg. βαθύςκιος h. Hom. Theocr. Plat. Babr. ςταλάςςω Eur. Lyc. ἀμπλάκημα Tragg. Alciphr. βροτός Hom. sqq. poetae. ὀπηδέω Ep. φάος Hom. Pind. Tragg. Ar. Tim. Locr. Pl. Xen. Call. ταλαίπωρος Pind. Tragg. Ar. Pl. et al. δέμας Hom. Tragg. Babr. Orph. δυςτέκμαρτος Aesch. Soph. Eur. Dion. Hal. Plut. κατιθύνω Mosch. Anthol. Aristaen. γυῖον Hom. Pind. h. Hom. Callim. Hippocr. Plut. δέμνιον Hom. al. poetae. μέλαθρον Hom. h. Hom. Pind. Tragg. ὑπώροφος Eur. ὄςςε Hom. Hes. Tragg. Theocr. A Rh. νύχιος Hes. Tragg. Phil. A Rh. μολεῖν Hom. Pind. Tragg. Xenoph. Plut. καταςτεφής Soph. Eur. A Rh. ςέβας Hom. h. Hom. Tragg. Ar. Theocr. αὐδάω Hom. sqq. poetae νημερτής Hom. Aesch. προςεννέπω Pind. Tragg. ἀνίκητος Hes. Pind. Tragg. Hdt. Pl. πρευμενής Tragg. ςθένω Tragg. ςθένος Hom. Hes. Pind. Tragg. in prosa plerumque παντὶ ςθένει

1) Componendi quidem rationem cum Lucianeis libris consentire vix licet putare, quod aliae sunt leges orationis poeticae, aliae orationis solutae. Tamen locos memorandos, non verba tantum requirens, qui Lucianum auctorem indicarent, non plane operam perdidi: vide, quae infra p. 78 sq. de ἀναχαιτίζειν verbi structura dixerim.

2) Numeros, quos Podagrae canticorum verbis additis supputavi, uncis inclusi.

3) Sequor indicem ab Jacobitzio et Seilero viris doctis conscriptum, qui, quod attinet ad numerum auctorum, non locorum allatorum, etiam Stephani thesaurum saepe superat.

Thuc. Xen. Pl. Dem. πειράζω Hom. A Rh. cίδιον Ar. Alciphr. ἀντάω Hom. Soph. Eur. A Rh. ἐτώcιοc Hom. Hes. Theocr. A Rh. Orph. Hdt. ἔκβολοc Eur. κραιπνόc Hom. Pind. Aesch. al. poetae. πέδον Pind. h. Hom. Tragg. Ar. κέλευθοc Hom. Lyc. Tragg. cπέρχω Hom. Opp. Eur. Call. al. poetae Hdt. δόχμιοc Hom. Eur. Agath. A Rh. πέζα extremam rei partem significans) A Rh. A P. Hel. Dp. τροχήλατοc Tragg. ἀντιcηκόω Eur. δαμάω Hom. h. Hom. Hes. Aesch. Eur. καταπεφνεῖν Hom. Soph. Opp. τρυγών Epich. Antiphan. Nic. Arist. ἐφέπω Hom. Hes. Pind. Aesch. λοίcθιοc pro λοῖcθοc Aesch. Nonn. κεύθω Hom. Tragg. Triph. ἆccoν Hom. Hdt. Tragg. Theocr. N. T. λείβω Hom. Hes. Aesch. Eur. Xenophon. ἄϊcτοc Hom. Aesch. Eur. A Rh. Arat. ἐλεαίρω Hom. Ar. A Rh.

Canticorum verba haec:

κεραύληc Archil. θοῦροc Il. Aesch. Eur. A Rh. κλάζω Aesch. Eur. Ar. Theocr. post. poetae, raro in prosa: Xen. βριθύc Il. Aesch. Eur. κρέκω Ar. AP. Telest. πολεμήιοc Hom. Hes. Her. ἀϋτή Hom. Pind. Aesch. Theocr. ποίη Hom. Hes. (traditur πόλιοc Ep. Soph. Eur. Pl. A P. al.) πνοιή Ep., πέτηλον (ion. pro πέταλον) Hes. poster. poetae. δύcγαμοc Eur. Lycophr. μέροψ Hom. Hes. Aesch., A Rh. Orph. Qu. Sm. Triph. θροέω Tragg. Lyc. γόοc Hom. Pind. Tragg. ἅλιοc Hom. Pind. Tragg. al. poetae παράκοιτιc Hom. Hes. post. poetae λοχεύω h. Hom. Orph. Aesch. Eur. Call. AP. post. poetae Arist. ἄτρομοc Hom. AP φυά vel φυή Hom. Hes. Pind. Theocr. ἐγρεκύδοιμοc Hes. post. poetae cκότιοc Hom. Eur. Eub. ἀώc vel ἠώc Hom. al. poetae εὔολβοc Eur. post. poetae. πολύκροτοc h. Hom. Anacr. Ath. φλέγω Hom. Aesch. Eur. Pl. ἵλαοc Tragg. Ar. εἰαρινόc (apud epicos poetas pro ἐαρινόc) Hom. Hes. AP. πουλυcθενήc vel πολυcθενήc Qu. Sm. ὀβριμόθυμοc Hes. h. Hom. Orph. AP. κλύω Hom. Tragg. Ar. ἐνοπή Hom. Hes. Eur. A Rh. τρομέω Hom. Pind. Aesch. ἅλc Hom. Theogn. Tragg. ἔνεροι Hom. Hes. Tragg. Plat. Plut. ψολόειc Od. h. Ven. Hes. Pind. AP. μύρομαι Hom. Hes. A Rh. ψαίρω Aesch. Eur. ὀλιγοδρανήc Ar.

in Ocypede verba haec:

βροτόc Hom. seqq. poetae ψευδοcτομέω Soph. O. C. 1127. κερτομέω Hom. h. Hom. Tragg. Arch. Gal. ἀλέκτωρ Pind. Sim. Aesch. Crat. Geop. cθένω Tragg. Ar. ἄντομαι Soph. Eur. Ar. κρυφαῖοc Pind. Tragg. Plat.

2. Et apud poetas et apud scriptores solutae orationis inveniuntur

Podagrae dialogi verba haec:

cτυγέω Ep. Tragg. Hdt. DS. Alciphr. λυπρόc Hom. Aesch. Eur. Alc. Hdt. Arist. Plut. Dion. ἰχώρ Hom. Hippocr Plat. Arist. Plut. Diosc. αὐλών h. Hom. Eur. Ar. Hdt. Xen. al. cήραγξ Soph. Theocr. Plat. Arist. al. τρίβοc h. Hom. Eur. Hdt. Xen. Orph. DH. Plut. ἀθόλωτοc Hes. Geop. ἄcτρωτοc Eur. Epicharm. Plat. al. ποδαγράω Hipp. Ar. Pl. Arist. Ael. κίccινοc Eur. Callix. ὀργιάζω Eur. A Rh. Pl. Plut. D Hal. πρόcπολοc Hdt. Tragg. κατάρχω Tragg. Pl. Xen. δεcπότιc Tragg. Pl. al. λίβανοc Eur. Anaxandr. Philop. D. Per., D. Sic. κνίδη Theocr. Diosc. A P. Ar. βολβόc Com. Theophr. al. κυπαρίccινοc Hom. Pind. Thuc. Pl. Pol. caύρα

Hdt. Aesch. Theocr. Nic. Arist. χυλόc Hipp. Crat. Pl. al. τέccαρεc Hom. sqq. εὐτράπελοc Poll. Ael. Arist. Isocr. Pind. Ar. cυνέμποροc Aesch. Soph. Ar. Pl. Phil. ταρcόc Hom. Hdt. post. poetae χάλιξ Ar. Thuc. Plut. δώρημα Tragg. Xen. Arist. Hdt. al. πελάζω Hom. Hes. Tragg. Pl. Hdt.

Canticorum verba haec:

παραπλήξ Ar. Parthen. Hdt. Hipp. Xen. Dem. Plut. ῥόπτρον (Corybantium instrumentum) Anthol. μύcτηc Eur. Ar. Xen. Anth. θάλλω Hom. Soph. Aesch. Pind. Pl. Xen. παμφαήc Tragg. Ar. Arist. Stob. al. cτροφή Soph. Eur. Ar. Plat. Xen. al. ὠμοπλάτη Theocr. Xen. Arist. νήνεμοc Hom. Aesch. Eur. Hipp. Them. Plut. πρόπολοc h. Hom. Pind. Eur. Ar. Hdt. Str. al. πλέκω Hom. Pind. Aesch. Ar. Pl. Xen. al. εὔθυμοc Hom. Pind. Pl. Xen.

Ocypodis verba haec:

ἰχνεύω Soph. Eur. Pl. Xen δύcτηνοc Hom. sqq. poetae. Dem. DH. Plut. Alciphr. κομπάζω Aesch. Eur. Lys. Xen. Plut. διυπνίζω Ael. Pallad. πυρέccω Eur. Ar. Plat. Hipp. καυχάομαι Pind. Hdt. Lycurg. Eupol. DH. Ath. διοίχομαι Tragg. Hdt. Pl. ἄφευκτοc (forma posterioris aetatis pro ἄφυκτοc scripta) Philem. Plut. δειλαίνομαι Medium: Aesop. Activum Arist. Plut.

3. Solutae orationis propria sunt

Podagrae verba haec:

διαcφίγγω Erasistr. apud Gellium. δυcεξέλικτοc DH. Plut. al. εἰc μάτην (pro μάτην) Theophanes Syntipas. cυγκλειcτόc Arist. LXX. κατοργιάζω Plut. ἀρνόγλωccον Diosc. ἀνδράχνη Theophr. πράcιον. Hipp. Arist. Theophr. al. ποταμογείτων Diosc. Gal. Ael. cύμφυτον Aret. Diosc. cταφυλῖνοc Hipp. Nic. Theophr. Diosc. Num. ὑοcκύαμοc Xen. Nic. Diosc. al. ψύλλιον Diosc. νίτρον att. λίτρον Hdt. Hipp. Tim. Locr. Theophr. τῆλιc Ammian. Hipp. Theophr. AP. al. γῦριc Athen. Diosc. γύψοc Hdt. Pl. Theophr. Ruf. Arr. cπύραθοc Hipp. Diosc. ἀπόπατοc Hipp. Plut. ἐπιθέτηc K. S. οὖρον Hdt. Hipp. Arist. Nic. διάλυτοc Plut.

Ocypodis verba haec:

νεύρινοc Pl. Arist. DS. al. ἀντιδάκνω Hdt. Ael. νυγμόc D Sic. Plut. cτοιχέω Xen. Poll. Theophr. N. T. Stob. γογγύζω (fortasse pes corruptus est) Arr. M Ant. NT. al. κραυγάζω Pl. Dem. ἀνακάθημαι Alex. Aphr. ἀχώριcτοc Pl. Arist. al.

4. Apud nullum scriptorem inveniuntur

Podagrae dialogi verba haec:

cτροβητόc, ἀρθροκηδήc, ἁλιπόροc, ἀμφιθάλπω, ἀκτέα, περικρεμήc, γυρίνη, ἱερά (potionem aliquam significans) cυνοχμάζω, κορδυβαλλώδηc, πατροδώρητοc, δράcιc (fort. corruptum), ἀμφιβόcκω.

Canticorum verba haec:

χλοητόκοc, λαμπέτιc, εὐγλάγετοc, πολυκέλαδοc, κλινοχαρήc, ὀλβιόφρων, ἐπιδεcμοχαρήc, κωλυcιδρόμοc, βαcανacτραγάλοc, cφυροπρηcίπυροc, μογιcαψέδαφοc, δοιδυκοφόβοc (traditur δωδεικοφόβοc), γονυ-

καυcάγρυπνοc (traditur γονυκλαυcαγρύπνα) περικονδυλοπωροφίλοc, γονυκαμψεπίκυρτοc, βραχυβλαβήc, εὔληκτοc, εὐπερίπατοc.

Ocypodis verba haec:

ἐμβαcτάζω, κλεψίχωλοc, ἀτραυμάτιcτοc, ἐρίδιον, cιδηρόχαλκοc, αἱμόδιψοc, ἡμιcτρόγγυλοc, cιδηρόcπαρτοc, ἐκθρηνέω, πρόχωλοc, cιδηρόπλαcτοc.

Quorum verborum omnium summis factis apparent haec:

	Podagrae verba	Ocypodis verba
1. Poeticae orationis propria sunt	51 (89)	7
2. Et apud poetas et in oratione soluta inveniuntur	28 (39)	9
3. Solutae orationis propria sunt	21 (21)	8
4. Nusquam alibi leguntur	13 (31)	11
Omnino igitur apud Lucianum non occurrunt	113 (180)	35

Iam intellegitur magnas esse differentias inventas. Sed non puto ex eo, quod in Podagra maior numerus verborum apud Lucianum non occurrentium quam in Ocypode est, sequi, ut potius Ocypus fabula quam Podagra Luciano attribuenda sit. Immo apparet Podagrae auctorem propius ad poetarum orationis rationem accessisse quam Ocypodis, praesertim cum arbitrer eum ea quoque verba, quae sub n. 2. collocavi, magna ex parte poetica putavisse. Plurima verborum sub n. 1. allatorum apud tragicos occurrere cognoscimus. Parvi autem momenti est, quod in Podagra verborum non nisi in oratione soluta usitatorum numerus maior est quam in Ocypode. Nam omnia fere haec verba in Podagrae versibus 150—174 continentur, in quibus poeta hominum stultitiae ludificandae causa tot herbarum nomina non ita usitata composuit. Sed poeticis verbis et herbarum nominibus neglectis perpauca in utraque fabula restant verba, quae non apud Lucianum occurrunt. Inter ea invenimus in Podagra, non in Ocypode, nonnullas **formas Ionicas:** P. v. 1 οὔνομα 23 κρητήρ 56 κατιθύνω (att. κατευθύνω) 302 τόccοc 48 πέτηλον 158 νίτρον (att. λίτρον) 10 ὀπηδέω, atque cum Lucianus identidem quidem vocabula a scriptoribus Ionicis sumpserit[1]), sed formas Ionicas eorum verborum, quae Attica quoque lingua habebat, non adhibuerit, forsitan aliquis dixerit eam ob causam Lucianum Podagrae auctorem putare non licere. At iam supra (p. 24) dixi apud Sophoclem quoque (Phil. v. 251) οὔνομα tradi, quam formam Radermacherus in editione sua in textum revocavit. Porro ἰθύνω forma apud Euripidem occurrit: Phoen. v. 178 Hippol. v. 1227 fragm. Belleroph. v. 306. Atque omnino tragicorum proprium erat et vocabula et formas Ionicas in trimetros inserere, quas coniecturis tollendas esse Nauckius quidem putabat, sed Nauckium erravisse nunc inter omnes

1) Schmid, Atticismus I p. 306.

constat. Multa huius rei exempla collegit Rutherford[1]) vir doctissimus, cuius commentarium Funckius in linguam Germanicam transtulit. Scribit hic p. 360 haec: „Selbst wenn die Chorgesänge und anderen lyrischen Stellen unberücksichtigt gelassen werden, so bleibt allein in den Senaren eine sehr große Zahl von Wörtern, die sonst nur im Ionischen gefunden werden". Velut legitur ξυνόc = att. κοινόc Aesch. Sept. v. 76 Suppl. 367 ἀείδω = att. ᾄδω saepe apud tragicos γούνατοc γούνατα = att. γόνατοc γόνατα Soph. O. C. 1607 Eur. Hec. 752, ἀΐccω = att. ᾄccω Aesch. Pers. 470 Eur. Hec. 31 κεῖνοc = att. ἐκεῖνοc saepe apud tragicos. Atque Wilamowitzius[2]) scribit de hac re: „Weder dürfen wir die Ionismen der lautlichen Gestalt vertilgen (scil. im Drama), noch dürfen wir die Ionismen der Wortwahl auf Rechnung des solonischen Attisch setzen". Quae cum ita sint, illae Podagrae formae non solum non improbandae sunt, sed etiam ostendere mihi videntur, huius fabulae auctorem tragicorum poetarum consuetudinis bene peritum fuisse.

Magis autem eo offendimur, quod in Podagra nonnulla **vocabula sunt, quae apud posterioris demum aetatis scriptores occurrunt** et ab Atticismo puro abhorrent. Velut est in v. 168 ὀcτά[3]), quam formam Dindorfius pro ὀcτᾶ codicum lectione scripsit et in v. 28 et 244 εἰc μάτην, cuius adverbii Radermacherus exemplum mecum communicavit Syntipae ed. Eberhard p. 50, 1: κοπιᾷc εἰc μάτην περὶ αὐτῆc. Syntipas autem scriptor non ante undecimum p. Chr. n. saeculum fuit. Sophocles quoque (Greek Lexikon) exemplum adfert Theophanis 705, 16 Στρέψαντεc αὐτὸν εἰc μάτην. Theophanes mortuus est anno p. Chr. n. 817. Lucianus autem semper μάτην, numquam εἰc μάτην scripsit. Concedo me, cum hoc cognovissem, dubitare coepisse, num Lucianus Podagrae esset auctor. At Lucianus circa 1300 posteriorum temporum vocabula adhibuit, quorum pleraque singulis tantum locis apud eum occurrunt.[4]) Nec puto hoc Podagrae εἰc μάτην adverbium tantum offensionis habere quantum ἀντέδακα formam in Ocypodis v. 27 pro ἀντέδακον aoristo scriptam. Traduntur vero in Ocypode v. 43 τιθῶ forma pro τίθημι v. 57 cυνεcμίχθην pro cυνεμίχθην.[5])

Nonnulla igitur verba posteriorum temporum in utraque quidem fabula sunt, sed syntaxeos inferioris Graecitatis in Podagra non occurrunt talia exempla qualia in Ocypode; in quo ἵνα coniunctio consecutive adhibetur (v. 62), ποῖ pronomen pro ποῦ (68) et ἐν praepositio pro εἰc (v. 105) πρὸ τοῦ pro πρίν v. 170) scribitur.[6]) Lucianum haec non scripsisse persuasum habeo.

Praeclarissimi huius scriptoris ingenio praeterea mihi videtur indignum *totiens idem verbum aut eundem locum iterare*, quotiens Ocy-

1) W. G. Rutherford, Zur Geschichte des Atticismus, übersetzt von A. Funck, Leipzig 1883.
2) Wilamowitz, Homerische Untersuchungen p. 311.
3) Alia eiusmodi exempla p. 32 attuli.
4) Schmid, p. 403.
5) vide, quae de his formis supra p. 40 sqq. scripserim.
6) ad hos locos exempla attuli p. 42, 43, 44, 46.

podis auctor iteravit. Nam etsi idem vocabulum identidem parvo spatio interposito adhibere a Graecorum consuetudine non tam alienum est quam a nostro Germanorum usu, tamen, quantum equidem scio, hac in re non eo, quo Ocypodis auctor processerunt. Est enim in his 173 versibus verbum πούς locis 23, λέγω 17, δεινός 15, πόνος 13, πονέω 9. Contra in Podagra, quae fabula 334 versus continet atque inter hos 228 trimetros, tantum πούς et πόνος verba, quorum repetitio vix evitari poterat, identidem quidem, sed non tam saepe quam in Ocypode adhibita sunt, nam πούς verbum locis 11, πόνος locis 12 invenitur. Atque Ocypodis auctor cum substantivo πόνος nullum fere aliud adiectivum ac δεινός coniungit (v. 29, 35/36, 80, 95, 145). Tres praeterea versus ab iisdem verbis incipiunt parvo spatio interiecto (v. 134, 144, 148 τί δ᾿ ἐστι). Versus 12 exit κἂν μὴ θέλῃ et paene eodem modo v. 133 κἂν μὴ θέλῃς; duorum autem versuum maior pars eadem est:

v. 77 τὸ δεινὸν ἄλγος, τοῦ πάθους τὴν συμφοράν, et
v. 125 πῶς οὖν φράσω σοι τοῦ πάθους τὴν συμφοράν;

atque inter se similes sunt

v. 61 βαλεῖν, ἐπλήγην, τοῦτο δὴ πίστευέ μοι et
v. 104 ἀσκῶν ἐπλήγη. τοῦτο γοῦν ἄκουέ μου.

Quater coniunguntur δεινός, πούς, πόνος verba, ut versus habeant nescio quid putidi ac molesti:

v. 35 Πόθεν δ᾿ ὁ δεινὸς κατὰ ποδῶν οὗτος παρῆν
ἀτραυμάτιστος, ἄβατος, ἄστατος πόνος;
v. 80 δεινὸς πόνος με τοῦ ποδός δάκνει κακῶς
v. 95 ἵν᾿ εὐθὺ δεινὸν ἐκ ποδῶν παύσῃς πόνον
v. 145 εἰς δεινὸν ἦλθες πόνον ἀχώριστον ποδός.

In Podagra nihil eiusmodi inveni. Nonne igitur, id quod iam multae diaereses ostendere poterant, Ocypodis auctor unumquemque fere pedem sibi quasi extorsisse videtur? Atque ut de hac re rectius iudicetur, adfero, quae Schmidius (p. 431) de Luciani verborum magna copia scripsit: „Der Sprachvorrat, über den der Schriftsteller zu gebieten hatte, war ein ungemein reicher. Es gibt wahrscheinlich keinen griechischen Prosaiker, dessen Wortvorrat reichhaltiger wäre, als derjenige des Lucian. Die Zahl der von ihm angewandten Wörter beträgt beiläufig 10400 (bei Plato etwa 9900, bei Polybius etwa 7700)". Revera numerus verborum a Luciano adhibitorum etiam multo maior est quam Schmidius putat, nam ipsum Jacobitzii indicem, quo fretus Schmidius illa scripsit, fere 10400 verba continere diligenter explorando inveni. Hic autem index non solum ea verba non continet, „quae omnibus sunt frequentata scriptoribus"[1]), sed etiam non ita pauca eorum omittuntur in eo, quae raro occurrunt, id quod Podagra et Ocypode fabulis perquirendis intellexi.

Iam supra apparuit Podagrae auctorem propius ad poeticum genus dicendi accedere quam Ocypodis. Quam ad rem pertinet praeterea,

1) cf. Jacobitzius, vol. IV p. IV.

quod in Podagra plura **tragicorum imitationis vestigia** cognoscuntur quam in Ocypode.[1]) Quod ut clarius perspiciatur, colloco hic omnes quos inveni locos huc pertinentes:

Podagra	Euripides
Podagrae exitus v. 325 sqq.	exitus Andr. Alc. Bacch.
326 Πολλαὶ μορφαὶ τῶν ἀτυχούντων	Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων πολλὰ δ᾿ ἀέλπτως κραίνουσι θεοί
331 εἰ τὰ δοκηθέντ᾿ οὐκ ἐτελέσθη, 332 τοῖς δ᾿ ἀδοκήτοις πόρον εὗρε θεός	καὶ τὰ δοκηθέντ᾿ οὐκ ἐτελέσθη τῶν δ᾿ ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός
335 τοῖον γὰρ ἔφυ τόδε πρᾶγμα.	τοῖον δ᾿ ἀπέβη τόδε πρᾶγμα.
1 exit ὦ θεοῖς στυγούμενον	Iph. Taur. 948 exit ὡς θεοῖς στυγούμενον
10 exit ἐν φάει	Hec. 169, 707 exeunt ἐν φάει
17 exit ποδῶν βάσεις	Hec. 837 exit ποδῶν βάσει
55 sqq. μοῖραν λελογχὸς βάκτρον ἐξέρειδέ μου 58 ἔγειρε, τλῆμον γυῖα δεμνίων ἄπο καὶ λίπε μελάθρων τὴν ὑπώροφον στέγην	Herc. fur. 107 sqq. ὑπώροφα μέλαθρα καὶ γεραιὰ δέμνι᾿, ἀμφὶ βάκτροις ἔρεισμα θέμενος
58 exit δεμνίων ἄπο	Or. 44 exit δεμνίων ἄπο
104 παμφαὲς ἀελίου σέλας	Troad. 548 παμφαὲς σέλας πυρός
136 ὄμματι φαιδρῷ	Med. 1043 ὄμμα φαιδρόν
137 δοίης δὲ πόνοις λύσιν ὠκεῖαν	Andr. 900 ὦ Φοῖβ᾿ ἀκέστωρ πημάτων δοίης λύσιν
177 exit πειρῶσί με	Cycl. 581 exit πειρῶσί με
274 exit μέγα σθένος	Electr. 427 958 exeunt μέγα σθένος
295 εἰς μυχοὺς εἶμι χθονός	Suppl. 926 ἀναρπάσαντες εἰς μυχοὺς χθονός

Ocypus	Euripides
1 sq. Δεινὴ μὲν ἐν βροτοῖσι καὶ δυσώνυμος Ποδάγρα κέκλημαι, δεινὸν ἀνθρώποις πάθος	Hipp. 1 sq. Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι κοὐκ ἀνώνυμος θεὰ κέκλημαι Κύπρις οὐρανοῦ τ᾿ ἔσω.
167 ἧς οὐκ ἂν ἄροιτ᾿ ἄλγος ἀνθρώπων φύσις	Or. 3 ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ᾿ ἄχθος ἀνθρώπον φύσις
17 exit καὶ φρενῶν καθάπτεται	Med. 55 exit καὶ φρενῶν ἀνθάπτεται
40 incipit Ἔπαιρε σαυτόν, ὦ τέκνον	Alc. 250 incipit ἔπαιρε σαυτήν, ὦ τάλαινα

1) **Lucianum poetarum, imprimis Homeri et Euripidis carminum peritissimum fuisse et persaepe eorum versus aut attulisse aut imitatum esse, praeter ceteros Brambsius (J. G. Brambs, Über Zitate und Reminiszenzen aus Dichtern bei Lucian, Programm Eichstätt 1888) ostendit, qui perpauca de Podagra et Ocypode investigavit.**

	Andr. 1077 incipit ἔπαιρε cαυτόν, οὐδέν εἰμ'
	Andr. 717 incipit ἔπαιρε cαυτήν, ὥc ἐγώ.
133 incipit τοῦτ ἔcτ' ἐκεῖνο	Helen. 621 incipit τοῦτ' ἔcτ' ἐκεῖνο.
163 ἄφευκτον ἦλθεc πρῶτον ἐc βάθοc κακῶν (traditur πάθοc κακόν)	Helen. 303 εἰc γὰρ τοcοῦτον ἤλθομεν βάθοc κακῶν.
Podagra	Sophocles
8 incipit εἰc φῶc ἀνῆκεν	Scyr. fr. 501. 7 ἀνῆκ' ἂν εἰc φῶc
55 sq. ἐξέρειδέ μου | βάcιν	Phil. 1403 exit ἀντέρειδε νῦν βάcιν
69 exit γιγνώcκων ὅτι	O. C. 941 γιγνώcκων δ' ὅτι Ant. 188 γιγνώcκων ὅτι, Phil. 405 γιγνώcκειν ὅτι El. 988 γιγνώcκουc' ὅτι.
70 exit in codd. ἂν μὴ θέλῃ (sed versus corruptus videtur, vide p. 27)	Ai. 1068 exit κἂν μὴ θέλῃc Phil. 1298 ἐάν τε μὴ θέλῃ Ant. 45 ἢν cὺ μὴ θέλῃc
80 incipit τίνεc ποθ'	Phil. 220 incipit τίνεc ποτ'
82 incipit τίc δ' ἐcτίν	O. C. 1169 El. 921 etc. incipiunt τί δ' ἐcτί; occurrit locis undetriginta.
183 exit λέγων λόγουc	El. 672 λέξειc λόγουc.
Ocypus	Sophocles
12 exit κἂν μὴ θέλῃ 133 κἂν μὴ θέλῃc	Ai 1068 κἂν μὴ θέλῃc (vide praeterea, quae supra ad Podagrae v. 70 scripserim)
133 incipit τοῦτ' ἔcτ' ἐκεῖνο, κἂν	El. 1178 τόδ' ἐcτ' ἐκεῖνο, καὶ
134, 144, 148 incipiunt τί δ' ἐcτί	vide quae ad P. v. 82 scripserim
Podagra	Aeschylus
1. incipit ὦ cτυγνὸν οὔνομ'	Pers 472 ὦ cτυγνὲ δαῖμον
2. Ταρτάρου κευθμῶcιν ἐν βαθυcκίοιc	Pr. 220 Ταρτάρου μελαμβαθὴc κευθμών
69 exit γιγνώcκων ὅτι	Pr. 104 exit γιγνώcκονθ' ὅτι
81 exit νημερτῆ λόγον	Pers. 246 exit νημερτῆ λόγον
82 incipit τίc δ' ἐcτίν	Ch. 885 Ag. 1306 Sept. 804 incipiunt τί δ' ἐcτίν
104 exit παμφαὲc ἀελίου cέλαc	Eum. 926 φαιδρὸν ἁλίου cέλαc
136 ὄμματι φαιδρῷ	Ag. 520 φαιδροῖcι καὶ νῦν ὄμμαcι
295 exit μυχοὺc εἶμι χθονόc	Ch. 954 exit ἔχων μυχὸν χθόνοc
Ocypus	Aeschylus
134 144 148 incipiunt τί δ' ἐcτί	vide, quae ad P. v. 82 scripserim

In utraque fabula imprimis Euripidis tragoediarum imitationis exempla sunt; nam nec Sophoclis, nec Aeschyli ullus versus totus, quantum equidem vidi, Podagrae aut Ocypodi insertus est. Ceterum non affirmo unumquemque Podagrae et Ocypodis locum hic comparatum e tragicorum fabulis sumptum esse; nam non nego casu fieri posse, ut hic vel ille versus tragicorum alicui versui similis evadat. Sed tamen omnino imitationis satis multa et certa vestigia cognoscimus. Vix autem licet contendere differentiam notabilem inter P. et Oc. hac in re esse, praeterquam quod Podagrae exemplorum numerus maior est, quam Ocypodis; sed haec differentia non multum valet, quod tam paucis verbis poeticis in Ocypode adhibitis dubitari non poterat, quin ita res se haberet.

Quoniam hoc loco de imitatione disputamus, mentionem fieri decet opinionis Gesneri viri docti, qui (editione Bipontina teste) ab aliquo imitatore Podagrae Ocypodem scriptum esse censet, etsi argumentis hanc sententiam confirmare non studuit. Atque concedendum est non solum in utraque fabula Podagrae potentiam laudibus efferri, sed etiam singula conferri posse. Nam et in P. et in Oc. Ποδάγρα, Ποδαγρόc vel Ὠκύπουc, Ἰατροί vel Ἰατρόc personae inducuntur, etsi mores Ocypodis medici alii sunt ac Podagrae medicorum. In Ocypode quidem Πόνοι personae non in scaenam prodeunt ut in P., sed notabilis est consensio, quae reperitur inter hanc rem et Ocypodis versus 15 sqq., ubi Podagra ita loquitur:

Πόνοc δέ μοι cυνεργόc ἐcτι τῶν κακῶν,
ἐγὼ γὰρ οὐδέν εἰμι τοῦδε δίχα μόνη,
τοῦτ' οὖν δάκνει με καὶ φρενῶν καθάπτεται,
ὅτι τὸν ἅπαcιν αἴτιον Πόνον κακῶν
οὐδεὶc κακούργοιc λοιδορεῖ βλαcφημίαιc.

Quibus cum versibus conferendi sunt Podagrae versus 282—291, imprimis deae verba v. 283: βάcανοι, πάρεδροι τῶν ἐμῶν βακχευμάτων. In utraque praeterea fabula Podagra cum sagittario comparatur:

cf. P. v. 119 τότε διὰ μελέων ὀξὺ βέλοc πέπηγε μύcταιc
v. 300 οὐ Ζεὺc κεραυνοῦ τοῖον αἰωρεῖ βέλοc
et Ocyp. v. 37 τείνω δὲ νεῦρον οἷα τοξότηc ἀνήρ
βέλοc προπέμπων
158: πάcχω γὰρ ἀφανῶc, κατὰ ποδῶν τοξεύομαι
Atque conferri possunt
P. v. 217 διόπερ κραταιῶc cυνοχμάcαc δεcμῷ πόδα
et Oc. v. 3 δεcμῷ δὲ νευρίνοιcι τοὺc πόδαc βρόχοιc
21 ὡc δεcμὸν ἐλπίζοντεc ἐκφυγεῖν ἐμόν.

Praeterea, ut in P. v. 7, in Oc. v. 1 Podagra δυcώνυμοc dicitur. Num P. v. 29, quem Γ^{a}NiΘ codd. ita tradunt:

ἐλπίδι ματαία μωρὰ βουκολούμενοι et
Oc. v. 8 ἅπαc γὰρ αὐτὸν βουκολεῖ ψευδοcτομῶν

conferendi sint, dubito, quod Γ codex habet βακηλούμενοι atque suspicari licet βουκολούμενοι participium a correctore aliquo pro alia archetypi forma versu Ocypodis collato substitutum esse (vide supra p. 25.)

Quamquam igitur in P. et Oc. nonnulla inter se similia esse negari non potest, tamen haec similitudo minor esse mihi videtur, quam ut alterum auctorem alterum imitatum esse pro certo affirmare audeam. Fortasse autem Gesnerum recte iudicavisse concedo, praesertim cum hoc modo facile intellegatur, quomodo factum sit, ut in unam fabulam P. et Oc. libelli coniungi possint.[1])

Atque ut eos coniungere liceat, tamen alterutrum libellum, aut Podagram aut Ocypodem subditum esse, vix quisquam tot differentiis inventis negabit. Restat igitur, ut perquiramus, utrius fabulae Lucianus sit auctor an fortasse neutra sit genuina et quis conscripserit subditiciam. Atque complures sunt causae, quibus

Podagram germanam, Ocypodem subditum esse

mihi persuasi. Primum enim codices, ut ita iudicarem me commoverunt. Sane non magni momenti esse puto, quod Podagra in sex codicibus traditur, qui Ocypodem non continent, sed multum valet ad hanc quaestionem solvendam ordo, quo libelli in archetypo collocati fuerunt. Atque nisi omnia me fallunt, Ocypodem in archetypo nullus libellus non subditus sequebatur. Nam in antigrapho codicis Γ, qui ab archetypo non nisi in parvis recedit, praeter Saltatores et Cynicum nullum libellum post Ocypodem collocatum fuisse maxime est verisimile. Saltatores autem Libanio rhetori tribuendos esse nemo negat et Cynicum subditum esse Fritzschium[2]) ostendisse puto. Iam igitur Nileni Prolegomenis et Rothsteinii Quaestionibus Lucianeis usus exponam, quare Dialogos minores[3]), qui in Γ codice Cynicum sequuntur, in archetypo omnino non fuisse putandum sit. Atque primum nullus codex ex omnibus, quos Nilenus in conspectu II adfert, hac in re cum codice Γ consentit, quamquam Γ, quod attinet ad ordinem libellorum, semper cum his vel illis codicibus consentire solet. Immo in X codice, qui usque ad Podagram eundem libellorum ordinem quem Γ tradit, illud dialogorum minorum corpus ante Ocypodem collocatum est; in VΩM codicibus ante libellum 35[4]) (Dear. iudic.) positum est, atque apparet dialogos illos propter argumenti similitudinem cum hoc libello coniunctos esse; in P, B, Σ codicibus eos libellus 38 (Menippus) sequitur. In ceteris codicibus modo hic, modo ille liber antecedit vel sequitur eos, nullus autem cum Γ consentit. Φ quoque codicis antiqua pars, quae saeculo X scripta est, argumento est, dialogos minores in secundae classis antigrapho non fuisse. „Nam cum totus codex aperte secundae classis sit, pauci, qui soli aetatem tulerunt mortuorum dialogi non minus aperte priorem classem sequuntur, ut ex alio fonte eos petitos esse appareat“ (cf. Rothstein p. 11 sq.) Praeter codicum antiquorum testimonia

1) Ceterum cf., quae de ea re Hermannus scripserit, qui de difficultatibus quoque, quas habet, mentionem fecit.

2) Fritzsche in editione vol. II 2 p. 235 sqq. accedit ad eius sententiam Rothsteinius l. l. p. 38.

3) Sunt Dialogi mort. D. mar. D. deor. D. mer.

4) libellos Rothsteinium et Nilenum secutus iis numeris signo, quos in codice Γ habent, et sigla eadem, quae Nilenus adhibeo.

habemus testem non minus antiquum, grammaticum, cuius liber, qui inscribitur συναγωγὴ λέξεων χρησίμων ἐκ τῶν τοῦ Λουκιανοῦ editus est e codice Coisliniano 345 saeculi X vel XI a Bachmanno viro docto (Anecdota Graeca Lipsiae 1828). Atque quod excerptor ille ordinem, quo singulas lectiones in scholiis codicis alicuius Lucianei secundae classis invenit, tenuit, dialogi autem mortuorum inter libellos 31 (Adversus indoctum) et 36 (Merc. cond.) nominantur, dialogorum minorum corpus in antigrapho ita ut in Ω codice ante libellum 35 (Dear. iud.) fuisse videtur (cf. Rothstein p. 141). Praeterea e Γ codice ipso concludere licet dialogos illos in archetypo non fuisse, nam „absoluto Cynico libello librarius contra morem suum litteris nondum ad inferiorem schedae marginem perductis scribendi finem fecit duoque quae restabant ultimi quaternionis folia resecuit, deinde novis membranis dialogos mortuorum, marinos, deorum, quique nunc non exstant meretricios addidit. Quod non facturum eum fuisse probabile est, nisi perscripto Cynico libello negotium finitum esse putasset.“ Ita iudicat Rothsteinius p. 3 sq. Nec praetermittere possum, quin quod Nilenus de hac re (p. 47* sq.) scripserit, adferam, quod permagni est momenti. „Raro in unum finem competunt libellus et quaternio: 1. libellus 18 quaternioque f, 2. libellus 70 quaternioque P, 3. libellus 73 quaternioque Q.[1]) Huc haud scio an pertineant quodam modo etiam 4. libellus 76 (Cynicus) quaternioque S**.... Harum autem rerum non facile ulla potest esse fortuita, cum facile vitari potuerit haec libelli quaternionisque inter se quasi diaeresis efficique caesura..... Manifesto librarii ipsius studio vitatur caesura efficiturque diaeresis libelli 18 quaternionisque f. Cuius studii consiliique expressa vestigia persequi licet inde a folio 47. Librarius autem: a) quinionem pro quaternione instituit, b) versuum numerum auxit in aliis foliis, in aliis reduxit, c) folium 51 interiecit.... Maximi autem momenti est, quod Ω, sui iuris et ipse, ut Γ, diaeresin effecit et ipse post libellum 18.“ atque adscribit Nilenus: „Potest, ut videtur, codex L a libello 19 orsus esse........ Etiam in codicibus θΔδ al. incipit a libello 19 conglobatio libellorum cum codicum ΓΩ al. ordine congruens.“ Videntur igitur libelli 1—18 separatum Lucianeorum operum corpus effecisse.

Atque primum ex iis, quae exposui, sequi videtur, ut Ocypus, si omnino in archetypo erat, in eius fine una cum duobus libris subditiciis fuerit. Nullo autem loco librum non genuinum facilius adligari posse quam in codicis fine vix necesse est dicere. Deinde vero quis est, qui Nileni illis verbis perlectis neget consulto esse factum, ut in Γ codice quaternio Q post libellum 73 finiretur et Ocypus in initio sequentis quaternionis scriberetur? Nonne igitur, quod post Cynicum quoque quaternio finitur, quodammodo Ocypodem, Saltatores, Cynicum a Lucianeorum libellorum corpore seiungendos esse verisimile est? Praeterea memoratu dignum est, quod Ocypus fabula in codice Γ inscriptionem habet, quae ab omnibus fere ceteris libellis differt. Inscribitur enim Λουκιανοῦ

1) libellus 73 (Navigium) positus est ante Ocypodem.

ʼΩκύπουϲ, cum hic Λουκιανοῦ genetivus possessivus, praeterquam quod initio totius codicis legitur, non nisi ante hos tres libellos scriptus sit: 1. Fugitivi (lib. 56). 2. Prometheus es. (l. 71). 3. Navigium (l. 73). Prometheus autem libellus, ut iam supra vidimus, ita ut Ocypus in initio quaternionis collocatus est. Si autem hoc et illa, quae de quaeternionibus supra exposui, coniunxerim, pro certo fere concludere mihi licere puto Ocypodem cum duobus sequentibus libellis corpus efficere, quod quondam a ceteris libellis, qui sub Luciani nomine traduntur, separatum erat.[1]) Atque ut dubitemus, an hoc Λουκιανοῦ nomen a falsario fallendi studio praescriptum sit, certe apparet Ocypodem esse libellum valde suspectum, praesertim cum coniunctus sit cum duobus libris subditis. In M codice, in quo P. et Oc. coniuncti sunt, Λουκιανοῦ nomen non ante inscriptionem Ocypodis, sed Podagrae scriptum est. Sed intellegitur scribam hoc ea de causa fecisse, quod Podagram et Ocypodem unum libellum esse putabat; nam Ocypus in hoc codice numero non est praeditus, quamquam in eo minimi quique dialogi numeros habent, sicut non totum corpus dialogorum deorum uno numero praeditus est, sed unusquisque eorum. Praeterea autem in M codice Λουκιανοῦ nomen bis tantum ante inscriptionem est scriptum atque id ita ut in Γ ante libellum 56 et lib. 71. Quod in 𝔄 codice saeculi XIV/XV Λουκιανοῦ nomen decem titulis praefixum est, nullius est momenti, cum codex hic tam recens et interpolatus sit. De ceteris codicibus e Vogtii[2]) libello, quod attinet ad hanc rem, nihil intellegitur.

De Podagra aliter iudicandum esse iam ostendam. In plurimis quidem codicibus P. et Oc. ita coniuncti sunt, ut Ocypus post Podagram collocatus sit; sed principio hoc non fuisse eo verisimile est, quod in omnium vetustissimis et optimis codicibus Γ et X fabulae separatae sunt. Γ enim codex, quod pertinet ad syllogen omnium fere libellorum eorum, qui ante Podagram positi sunt et eam usque ad libellum 73 (Podagra est libellus 69, Ocypus l. 74) sequuntur, cum VMIi codicibus accurate consentit, praeterquam quod in his codicibus P. cum Ocypode coniuncta est. Podagram, non Ocypodem a pristino loco remotam esse, ut inter se coniungerentur, pro certo demonstrari potest; nam cum in Γ codice post Navigium libellum Ocypus tradatur, in V et i codicibus inter Navigium et Ocypodem Podagra posita est; quae ipsa fabula in IbΔδθ codd. Navigium libellum sequitur. Simili modo in codice X, in quo P. et Oc. non coniuncti traduntur, Ocypus post Dialogorum mer. libellum collocatus est, cum in R codice inter hos dialogos et Ocypodem interposita sit Podagra. Apparet igitur Podagram, non Ocypodem a pristino loco, quo in codicibus collocata erat, remotam esse neque esse, cur optimis codicibus Γ et X diffidamus. Nec profecto intellegitur, cur fabulae, si a principio coniunctae fuissent, in Γ et X codicibus disiunctae fuerint, facile autem cognoscitur Podagram propter argumenti similitudinem a

1) Primo complura Lucianeorum operum corpora fuisse Rothsteinius ostendit.

1) Paul Vogt, De Luciani libellorum pristino ordine quaestiones. Diss. Marburg 1889.

pristino ordine remotam in recentioribus codicibus cum Ocypode coniunctam esse. Quare Γ codicem archetypi ordinem servavisse persuasum habeo, ut non dubitem, quin in eo et ante et post Podagram collocati fuerint libri genuini.

Est praeterea alia res, quae potius Podagram quam Ocypodem Luciani esse indicare videtur. Neque enim multos novimus auctores Graecorum, qui tam contemptim quam Lucianus de diis scripserint. Atque cum hac scriptoris illius consuetudine optime convenit Podagra. Nam potentissima omnium deorum in hac fabula Podagra dea dicitur, contra quam neque Paean neque Aesculapius quicquam valeant. Nam Podagra est illa dea, quae apud Homerum Ate appellatur, qua et Iuppiter et Pluto inferiores sunt: vide

v. 145 sqq. ἣν οὔτε Παιὰν φαρμάκοιϲ νικᾶν ϲθένει,
παϲῶν ἰατρὸϲ τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν,
οὐ παῖϲ ὁ Φοίβου πολυμαθὴϲ ʼΑϲκλήπιοϲ.
186 ʼΑτην γὰρ ἣν ʽΟμηροϲ εἶφʼ, ἥδʼ εἰμʼ ἐγώ.
196. sqq. τὰν καὶ Διὸϲ ὠκὺ πέφρικε βέλοϲ
τρομέει δέ ϲε κύμαθʼ ἁλὸϲ βυθίηϲ
τρομέει βαϲιλεὺϲ ἐνέρων ʼΑΐδαϲ
250 τῆϲ οὐδʼ ὁ Κρονίδαϲ οἶδε νικῆϲαι βίαν
300 οὐ Ζεὺϲ κεραυνοῦ τοῖον αἰωρεῖ βέλοϲ
311 sqq. γινωϲκέτω δὲ πᾶϲ τιϲ ὡϲ μόνη θεῶν
ἄτεγκτοϲ οὖϲα φαρμάκοιϲ οὐ πείθομαι.

Eo autem, quod cholanapaestorum illud metrum adhibuit, Podagrae auctorem sollemnia cantica illudere voluisse puto; nam omnia, quae habemus exempla[1]), ostendere videntur hoc metrum imprimis in canticis religiosis, fortasse in aliis omnino non usitatum fuisse. Inducitur enim in Diophanti carmine homo podagra aegrotans, qui ab Aesculapio deo petit, ut se ad sanitatem perducat. In hymno, quem Philostratus tradit, Thetis celebratur et imploratur; in Fayûm-papyro infernorum regio aliqua describitur; de Naassenorum autem hymno Hippolytus scribit haec: Ψαλμὸϲ αὐτοῖϲ ἐϲχεδίαϲται οὗτοϲ, διʼ οὗ πάντα αὐτοῖϲ τὰ τῆϲ πλάνηϲ μυϲτήρια δοκοῦϲιν ὑμνῳδεῖν οὕτωϲ. Atque quod artissime cum his canticis Podagra cohaerere videtur, cum in uno eorum, ut iam dixi, homo podagricus inducatur, non dubito, quin poeta metro illo cholanapaestico adhibito talia cantica illudere voluerit. Alia quoque deorum cultus irrisi vestigia apparent. Nam conferri possunt longa illa adiectiva composita Podagrae versuum 191—203 cum Fayûm-papyri versu 24, ubi traditur τετραχηλοκοπημένα vocabulum; atque talia longa verba composita abundant in papyro illa Heidelbergiensi adhuc non edita, qua canticum metri cholanapaestici traditur[2]). Inveniuntur etiam in hymnis Orphicis: 10, 23 ἀλλοτριομορφοδίαιτε; 10, 25 βαρυβρεμέτειρα; 10, 26 πανδαμάτειρε. Praterea accumulatio adiectivorum eorundem Podagrae versuum imprimis cum hymnis Orphicis conferenda est.

1) cf. quae supra p. 27 sqq. de his canticis scripserim.

2) cf. H. Weil, Journal des Savants 1903 p. 26.

Nam etsi epitheta congerendi consuetudo omnium temporum carminibus sacris communis est[1]), tamen nusquam eorum numerus tantus est quantus in hymnis Orphicis: in quibus carmina traduntur, quibus praeter invocandi formulas nihil nisi epitheta coacervata continentur. (Cf. omnia fere cantica Orphica, imprimis 10 et 12). Atque inter haec epitheta in hymnis Orphicis nullum tam saepe occurrit quam ὀβριμόθυμε (cf. Orph. 5, 10. 12, 1. 14, 7. 15, 6. 18, 1. 19, 6. 32, 2. 65, 1. 66, 1. 88, 2). Ita Podagra quoque dea invocatur in v. 192 ὀβριμόθυμε θεά. Praeterea εὐφημεῖν verbum (cf. P. v. 130) in sacris faciendis et aliis deorum cultus caerimoniis usitatum fuisse constat. Invocandi autem formulae in hymnis Orphicis nullae tam saepe adhibitae sunt quam κλῦθι, ἐλθέ vel ἔλθοις, βαῖνε (vide Adami p. 221, 234 sq.). Quo cum usu cf. Podagrae formas κλύε v. 194 et ἔλθοις v. 136; atque versibus 131 sqq.

ἴδε, πρὸς θυμέλας ἡ κλινοχαρὴς
βαίνει δαίμων σκίπωνι βάσιν
στηριζομένη

ad illam βαῖνε invocandi formam alludere poetam puto, etsi imperativum non adhibuit. Cum sequentis versus χαίροις optativo cf. h. Hom. 4, 292 χαῖρε θεά, 6, 19 χαῖρ᾽ ἑλικοβλέφαρε, 30, 17 χαῖρε θεῶν μήτηρ, 32, 17 χαῖρε ἄνασσα. Praeterea cf. P. v. 137 sq. ἔλθοις ὄμματι φαιδρῷ cum Orph. 33, 8 ἔλθοις πεποθημένη ὄμματι φαιδρῷ. P. versus 3—6 ἣν Ταρτάρου κευθμῶσιν ἐν βαθυσκίοις Μέγαιρ᾽ Ἐρινὺς ..... Ἀλληκτὼ cum Orph. 69, 2 sqq. Τισιφόνη τε καὶ Ἀλληκτὼ καὶ δῖα Μέγαιρα νυκτέριαι, μύχιαι, ὑπὸ κεύθεσιν οἰκί᾽ ἔχουσαι ἄντρῳ ἐν ἠερόεντι παρὰ Στυγὸς ἱερὸν ὕδωρ. Podagrae auctorem haec Furiarum nomina e scriptis Orphicis sumpsisse verisimile videtur, quod Apollodori versu 1, 1, 4 excepto non nisi apud Orphicos traduntur. Ac notandum est, quod Podagra ab Ophione, qui Nereo et Thetidi et Iovi ipsi opponitur, genita v. 100 sqq. narratur. Erat autem non nisi secundum Orphicorum sententiam Ophion unus ex antiquissimis Titanibus.[2]) Accedunt versus, quibus mysteria, sive Orphicorum tantum, sive aliorum quoque ludibrio habentur:

v. 42 sqq. ἡμεῖς δε σοὶ Ποδάγρα .... μύσται τελοῦμεν οἴκτους. v. 85: μύστην ὁρῶμεν τῆς ἀνικήτου θεᾶς. 127 sq. σὺν δ᾽ ἐγὼ μύσταις ὁμοῦ ὑμνῶν κατάρξω τὸ ποδαγρῶν ᾄδων μέλος. 272 Μύστης με σιγᾶν ὅρκος οὐδ᾽ ἐᾷ φράσαι. Μύσται autem ii dicebantur, quibus mysteriis interesse licebat, ut homines societatis illius, ad cuius usum Orphica carmina composita sunt, persaepe ita se appellant (cf. Orph. 8, 20. 17, 9. 18, 19. 23, 7. 24, 9 etc.) Deinde P. v. 112. Τίσιν δὲ τελεταῖς ὀργιάζει προσπόλους ad hanc rem pertinet. Atque constat homines mysteriis initiatos aliis quicquam eorum enuntiare vetitos fuisse. Nonne hoc interdictum tangit P. v. 271 Μύστης με σιγᾶν ὅρκος οὐδ᾽ ἐᾷ φράσαι? Iam ut in P. versibus 106 sqq. ὅτι

1) cf. F. Adami, De poetis scaenicis Graecis hymnorum sacrorum imitatoribus. Jahrb. f. klass. Philol. Suppl. Bd. XXVI 1901 p. 223 sqq.
2) cf. W. H. Roscher, Lexikon d. gr. und röm. Mythologie p. 924.

γὰρ λαγόνων σε τεκοῦσα Μοίρη τότ᾽ ἔλουσε Κλωθώ, ἐγέλασσεν ἅπαν σέλας οὐρανοῦ, μέγα δ᾽ ἔκτυπεν εὔδιος αἰθήρ Podagra dea nata totum caelum risisse narratur, ita in hymnis sacris saepissime describitur, quanto gaudio mundus affectus sit, cum deus aliquis vel nasceretur vel appropinquaret. Leguntur enim, ut exemplum afferam, in hymno Homerico primo, ubi de Apolline nascendo narratur v. 118 μείδησε δὲ γαῖ᾽ ὑπένερθεν et v. 135 χρυσῷ δ᾽ ἄρα Δῆλος ἅπασα ἤνθησ᾽ ὡς ὅτε τι ῥίον οὔρεος ἄνθεσιν ὕλης.[1]) Atque eundem deum celebrat Theognis versibus 5 sqq. Φοῖβε ἄναξ, ὅτε μέν σε θεὰ τέκε πότνια Λητώ, πᾶσα μὲν ἐπλήσθη Δῆλος ἀπειρεσίης ἀμβροσίης, ἐγέλασσε δὲ γαῖα πελώρη, γήθησεν δὲ βαθὺς πόντος ἁλὸς πολιῆς. Cf. praeterea Synesii episcopi hymni IX versus 35 sqq., ubi quae Christo nascente facta sint, describuntur: αἰθὴρ δὲ γελάσσας .... μείδησεν Ἑωσφόρος ὁ διάκτορος ἁμέρας. Metrum quoque huius et septimi et octavi hymni Synesii Podagrae cholanapaestorum metro est simile, nisi quod non e quaternis, sed e ternis pedibus singuli versus constant. Aliis hymnorum locis narratur, quanto pavore natura deo appropinquante percutiatur[2]): ut Orph. 19, 13 sq. de Iove tonante scribitur: ὃν καὶ γαῖα πέφρικε θάλασσά τε παμφανόωντα καὶ θῆρες πτήσσουσιν ὅτ᾽ ἂν κτύπος οὖας ἐσέλθῃ. fragm. Orph. 238 v. 2 sq. ὃς βρονταῖς σείεις βριαρὸν δόμον Οὐλύμποιο· δαίμονες ὃν φρίσσουσι, θεῶν δὲ δέδοικεν ὅμιλος. Atque similiter cantat Synesius de Christo nascente h. 9, 195 sqq. φρίξεν δὲ γέρων τότε Ἀΐδας ὁ παλαιγενὴς καὶ λαοβόρος κύων ἀνεχάσσατο βηλοῦ. De Diana in hymno Homerico 27, 6 sq. est: τρομέει δὲ κάρηνα ὑψηλῶν ὀρέων ἰαχεῖ δ᾽ ἐπὶ δάσκιος ὕλη δεινὸν ὑπὸ κλαγγῆς θηρῶν. φρίσσει δέ τε γαῖα πόντος τ᾽ ἰχθυόεις. Quibus cum exemplis conferendi sunt P. versus 195 sqq., quibus describitur, quantum terrorem ac metum Podagra dea et Iovi et Neptuno et Plutoni inicere soleat:

μέγα σὸν κράτος, ὀλβιόφρον Ποδάγρα,
τὰν καὶ Διὸς ὠκὺ πέφρικε βέλος,
τρομέει δέ σε κύμαθ᾽ ἁλὸς βυθίας,
τρομέει βασιλεὺς ἐνέρων Ἀΐδας.

Iam satis multa deorum et religionum ludificationis exempla in Podagra invenimus, atque videtur poeta non solum ex sollemnis linguae verborum copia hausisse sed tota cantica ita composuisse, ut se hymnos sacros illudere velle facile intellegeretur. Ceterum non potest dubitari, quin Lucianus Orphicarum doctrinarum bene fuerit peritus.[3]) In Ocypode autem nihil eius modi inest; immo ne deam quidem Podagram ipsam dicere audet auctor; atque consilio hoc evitavisse videtur; nam scribit v. 1 sq. Δεινὴ μὲν ἐν βροτοῖσι καὶ δυσώνυμος
Ποδάγρα κέκλημαι, δεινὸν ἀνθρώποις πάθος,

etsi Euripidis Hipp. v. 1 sq., quos eum imitatum esse iam supra dixi,

1) vide Adami p. 232 sqq., ubi multa huiusmodi exempla collecta sunt.
2) cf. Adami p. 231.
3) cf. A. Dieterich, Nekyia, Leipzig 1893 p. 143. 148.

facile commoveri poterat, ut scriberet θεὰ κέκλημαι et Ποδάγρα nomen in quarto versus pede collocaret (cf. Euripidis versus Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖcι κοὐκ ἀνώνυμος θεὰ κέκλημαι Κύπρις οὐρανοῦ τ' ἔcω).

Etiam multo maioris momenti, quam quae modo exposuimus, est quod omnia illa cholanapaestici metri cantica cum Podagra collata Luciani fere temporibus orta sunt. Naassenorum enim secta ea aetate vigebat et paulo post Hippolytus, qui hymnum eorum tradit, librum, qui inscribitur Ἔλεγχος κατὰ παcῶν τῶν αἱρέcεων conscripsit.[1]) Atque papyrus illa a Grenfell et Hunt viris doctis edita secundum editorum opinionem exeunte altero p. Chr. n. saeculo scripta est. Diophanti autem carmen a Kaibelio Luciani temporibus attribuitur (p. 211). Philostratus denique, qui in Heroico libro hymnum Thetides tradit, anno 187 p. Chr. n. natus est.[2]) Ceterum hic hymnus minoris momenti est quam ceteri, quod metrum eius a Podagrae versibus et ceteris cholanapaestorum exemplis magnopere differt.

Miuri quoque illius dactylici metri carmina secundo post Chr. n. saeculo orta sunt; nam Valentinus hoc ipso tempore fuit, et Oxyrhynchiae papyri duo carmina a Wilamowitzio Hadriani temporibus tribuuntur. Scribit enim hic vir doctissimus sententiam argumentis non confirmans „So etwas sang man also zu einer Zeit, wo Mesomedes Hofkapellmeister war."[3]) Mesomedes autem Hadriani erat libertus.

Sane quidem casu fieri potuit, ut secundi tantum saeculi carmina metri cholanapaestici et miuri servarentur. At cum alterius saeculi sex exempla noverimus, ex alio autem saeculo Sophoclis versibus exceptis ne unum quidem supersit, negari non potest potius alterum quam aliud saeculum indicari. Hoc eo magis concedendum mihi videtur, quod Podagrae canticum cum Diophanti carmine et metro et argumento cohaeret. Praeterea reputandum est Anacreonticum carmen XI, cum quo Podagrae versus 30—53 supra p. 25 contuli, ex iis Anacreonteis esse, quae iam Gellio nota erant.[4]) Gellius autem librum suum, qui inscribitur Noctes Atticae, anno fere 175 confecit. Atque Orphicos hymnos inter Q. Smyrnaei et Nonni aetatem ortos esse G. Hermannus putat concedens tamen primi et secundi saeculi hymnos inter recentiores insertos esse. A. Dieterichius autem totum corpus ad annum 100—150 compositum esse censet.[5]) Vix igitur potest dubitari, quin Luciani temporibus talia carmina orta sint.

Restat unus Podagrae locus, quo Lucianum eius auctorem esse verisimile fieri mihi videtur: v. 307:

οὔτ' ἄλλο δύναται cὸν ἀναχαιτίcαι δρόμον

Nam nusquam ἀναχαιτίζειν verbum retardandi significationem habet nisi hoc loco et Luciani Lexiphan. 15: ἀλλὰ cὺ τὸ ὅμοιον εἰργάcω με

1) Hoc factum esse anno 230 p. Chr. scribit Christ, Gr. Litter. p. 928.
2) cf. Christ p. 753.
3) Göttinger gel. Anz. 1898 p. 696.
4) cf. Christ, Gr. L. p. 157.
5) Phil. Jahrb. XVI p. 778.

ὥcπερ εἴ τις ὁλκάδα τριάρμενον ἐν οὐρίῳ πλέουcαν..... ἀναχαιτίζοι τοῦ δρόμου τὸ ῥόθιον φθόνῳ τῆς εὐηνεμίας. Atque maxime reputandum est utroque loco ἀναχαιτίζειν et δρόμος verba coniuncta esse.

Itaque codices et ludificatio deorum et ἀναχαιτίζειν verbi structura Lucianum ipsum, hexametri miuri, cholanapaesti, canticum illud cum Anacreonteo carmine comparatum eius aetatem indicare videntur; nihil autem inveni, quod eum auctorem Podagrae non esse ostendere possit. Atque cum quivis liber genuinus putandus sit, quoad nihil, quod magni momenti est, contra hanc opinionem dici potest, eo confidentius Podagram Luciani esse declaro, quod tot argumentis gravibus haec sententia comprobatur. Nec sane Podagra fabula tam facete composita Luciani ingenio indigna est. Rectius autem Guyetus mihi videtur dicere Ocypodem „esse frigidum poema et Luciano indignum". Vel ex eo, quod Podagram Luciano tribuimus, sequitur, ut Ocypodem huius auctoris non esse contendamus, cum tot et tantae differentiae inter P. et Oc. sint et vix credi possit poetam ullum de podagra, re minime poetica, duas fabulas conscripsisse. Praeterea non puto Lucianum puerili illo modo hiatum evitavisse (cf. p. 59). Nec δὲ v. 12 Lucianus scripsit, nam a sensu plane abhorrens tantum ea de causa usurpatum est hoc vocabulum, ut versus efficeretur. Quis est porro qui credat Lucianum esse illum auctorem, qui in libello tam parvo totiens eadem verba et eosdem locos iteraverit, quotiens factum est in Ocypode? Depravatae autem syntaxeos exempla, quae supra (p. 67) enumeravi, Lucianum scripsisse nemo contendet. Atque cum praeterea codicibus ostendi non possit Ocypodem genuinum esse, nec quicquam in hac fabula invenerim, quod alterum saeculum indicet, Ocypodem Luciani non esse persuasum habeo. Restat igitur, ut perquirere coner,

quis sit auctor Ocypodis.

Atqui Libanius, praeclarissimus ille quarti p. Chr. n. saeculi rhetor, in epistula 1380 ad Acacium amicum missa hunc sibi comoediam dono dedisse narrat, qua de Podagra agatur. Quem Acacium poetam Ocypodem conscripsisse ex illa epistula primus effecit Sieversus[1]), ad cuius sententiam Seeckius accessit.[2]) Ut videamus, num quid in hac epistula de Acacii comoedia scriptum legamus, quod cum Ocypode comparari possit, totam epistulam transcribo:

Ἀκακίῳ

Ἥcθηcαν καὶ ἐγέλαcαν ἅπαντες οἱ τῆς κωμῳδίας ἀκούcαντες· ἤκουcαν δὲ πλὴν ὀλίγων πάντες, καὶ οὐδεὶς ἦν, ὃς οὐκ ἂν ἐβουλήθη ποδάγρᾳ κατειλημμένος οὕτως αὐτὴν δύναcθαι κωμῳδεῖν. Ἐγὼ δὲ οὐχ ὡς οἴει τὸν νόμον ὑπερπεπήδηκα τὸν τῶν ἄρτι δεξαμένων τὴν βαcιλίδα ταύτην, ἀλλὰ καὶ cκληρότητα ὁδοῦ, καὶ ὄcτρακα, καὶ θέατρον, καὶ θηρίων θέαν, καὶ πάντα μᾶλλον ᾐτιώμην τοῦ κεῖcθαι ἐπὶ κλίνης, ἢ

1) G. R. Sievers, Leben des Libanius, Berlin 1869 p. 138.
2) Otto Seeck, Die Briefe des Libanius zeitlich geordnet, Leipzig 1906, p. 44.

ὅπερ ἦν. Συνεξηπάτηντο δέ μοι καὶ ἰατρῶν, ἐν οἷc ἡ ἰατρικὴ πᾶcα. Καρπωcάμενοc δὲ τὴν ἀπάτην μῆνα ὅλον, καὶ μέλλων εἴcεcθαι, ὅτι ἐcτί, διεκωλύθην ὑπὸ τῶν οὐκ ἀγνοούντων φαίην ἄν, ἀλλ' οὐκ ἐθελόντων ἀνιᾶν. Πυκναῖc δὲ αὐτῆc ταῖc εἰcβολαῖc χρωμένηc καὶ δενδροτομούcηc καὶ δῃούcηc μᾶλλον ἢ οἱ Λάκωνεc τὴν Ἀττικὴν ἐνέδωκα καὶ ἀπέδωκα τῷ πάθει τοὔνομα, δεινῆc ἀναιcχυντίαc ἡγούμενοc ἐξελεγχόμενον ἀρνεῖcθαι. Σὺ δ' ἀκούων μηνὶ τετάρτῳ τὰ ὄντα, οἴει παρημελῆcθαι τὸν νόμον. Ὁ δὲ λαβὼν τὴν αὑτοῦ μοῖραν οὐκ ἔμελλεν ἀεὶ βιάcεcθαι τὴν ἀλήθειαν. Φθέγξῃ δὲ καὶ cὺ ταῦτά μοι μικρὸν ὕcτερον, μᾶλλον δὲ πρὸc μὲν τὸν θεὸν εἴρηταί coι παραπλήcια, καὶ κέκληται cύμμαχοc ἐπὶ ποδάγραν. Ἀργοὶ δὲ καὶ ἵπποι καὶ πονηρὸc οἰκέτηc οὐχ ὑποδεξάμενοc φερόμενον, νῦν μὲν ᾄδεται πρὸc ἡμᾶc, προϊὸν δὲ τὸ ἔτοc πάcαc αἰτίαc ἐξαλείψει πλὴν μιᾶc, ἡμεῖc δὲ γενόμενοι χορόc, ἐcμὲν δὲ πλείουc ἢ καθ' ὅcουc ὁ κωμικόc, ὑπὸ coὶ κορυφαίῳ τιμήcομεν ᾠδαῖc τὴν ἐρῶcαν τῶν ποδῶν.

Non quidem nego ea, quae in fine huius epistulae tradantur, facilius cum Podagra quam cum Ocypode conferri posse; sed tamen non intellego, cur Libanius haec scribere non potuisset, si fabula ei missa cantica non habuisset. Nam in Ocypode quoque podagrae potentia satis magnis laudibus effertur, ut aliquis hac fabula perlecta mea sententia iocose dicere potuerit: Iam te duce chorum faciamus et Podagram cantico celebremus! Deinde fabulam illam Podagram non fuisse eo apparet, quod Libanius minime libello laetatus esset, in quo dii ita despicerentur, ut in Podagra fit, neque eius auctorem in amicorum numero habuisset. Constat enim Libanium acerrimum defensorem veterum deorum fuisse et summo gaudio affectum esse, cum Iuliani studio atque opera templa deserta denuo ad deos Graecos colendos instituta essent.[1]) Ex omnibus fere litteris quam pie Libanius deos coluerit, cognoscitur, nec quicquam in Ocypode est, quo haec pietas violetur. Atque ex illa epistula ipsa apparere videtur Acacium quoque virum religiosum fuisse. (πρὸc μὲν τὸν θεὸν εἴρηταί coι παραπλήcια, καὶ κέκληται cύμμαχοc ἐπὶ ποδάγραν.) Hunc autem deum Aesculapium fuisse puto, cuius laudationem aliquam Acacium scripsisse Libanius in epistula 607 narrat. At Podagrae auctorem deos non coluisse neque Aesculapii laudes scripsisse iterum dicere paene vereor. (cf. imprimis P. versus 143 sqq. quibus Apollinem et Aesculapium illudi iam supra p. 75 dixi.) Ceterum singula quoque in illa epistula esse mihi videntur, quae cum Ocypode conferri possint. Libanius enim se podagra implicitum itinerum difficultatibus, lapidibus, venationibus, theatro, ludis, aliis rebus in morbum incidisse simulavisse accurate describit, ne Acacius diutius se a consuetudine hominum podagra laborantium, qui de vera natura morbi loqui nolint, discessisse putet (Ἐγὼ δὲ οὐχ ὡc οἴει, τὸν νόμον ὑπερπεπήδηκα τὸν τῶν ἄρτι δεξαμένων τὴν βαcιλίδα ταύτην ..... Σὺ δ' ἀκούων μηνὶ τετάρτῳ τὰ ὄντα οἴει παρημελῆcθαι τὸν νόμον). Atque ipsum Acacium, quem eodem tempore quo Libanium podagra implicitum esse

1) Sievers, p. 115.

infra apparebit, causam morbi dissimulasse verisimile est, nam in hanc rem Libanius iocari videtur scribens: Ὁ δὲ λαβὼν τὴν αὑτοῦ μοῖραν οὐκ ἔμελλεν ἀεὶ βιάcεcθαι τὴν ἀλήθειαν. Φθέγξῃ δὲ καὶ cὺ ταῦτά μοι μικρὸν ὕcτερον. Certe Acacium miratum esse, quod Libanius praeter hominum podagra affectorum consuetudinem causas fictas morbi sui non praetexuisset, cognoscitur. Apparet igitur Acacium eorum, qui podagra cruciarentur, imprimis proprium esse putavisse veram morbi naturam celare. Quare dubitari non potest, quin hanc proprietatem in fabula sua descripserit. Videamus igitur, num in Ocypode quoque de illa dissimulandi consuetudine dictum sit. Atque iam in initio fabulae Podagra de hac re queritur dicens v. 8 sqq.: ἅπαc γὰρ αὑτὸν βουκολεῖ ψευδοcτομῶν, ὡc ἐνcεcεικὼc ἤ τι προcκόψαc βάcιν ἀλγεῖ, φίλοιcι μὴ φράcαc τὴν αἰτίαν. Ocypus autem per totum fere libellum nihil facit, nisi quam plurimas causas morbi sui aliam post aliam fingit; non easdem ille quidem quas Libanius, sed tamen similes excogitat. Se enim ictum, violatum, currendo et luctando et saliendo laesum esse contendit, atque iure senex obiurgat v. 123: πλανᾷc ἅπανταc, ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων λέγειc. Itaque quod secundum Acacii opinionem naturae hominis e pedibus laborantis potissimum consentaneum est, id ipsius Ocypodis aegrotantis maxime proprium esse intellegitur, cum in Podagra de hac re omnino mentio non fiat. Atque Acacius eo facilius talem fabulam componere animum inducere potuit, quod ipse eodem quo Libanius tempore podagrae doloribus cruciabatur. De hoc morbo scribit Libanius in epistula 1368 ad Acacium missa: Ποιοίη (sic correxit Radermacherus pro ποιεῖ forma tradita) δ' ἂν ἡμᾶc καὶ ἄλλο τι φίλουc, ἡ βελτίcτη ποδάγρα, ταῖc αὐταῖc ἡμέραιc τόν τε cὸν καὶ τὸν ἐμὸν ἀcπαcαμένη πόδα.

Restat argumentum maximum, quo Acacium Ocypodis auctorem esse certo confirmari puto. Nam post Ocypodem in Γ codice collocatus est libellus, qui inscribitur Πρὸc Ἀριcτείδην περὶ τῶν ὀρχηcτῶν, quem libellum a Libanio conscriptum esse inter omnes constat.[1]) Iam $Γ^a$, i. e. Alexandri episcopi Nicaeensis correctoris manus in margine codicis Γ scripsit: τοῦτον ἐν ἄλλῳ λιβανίου μᾶλλον εὗρον ἐπιγεγραμμένον. Si autem revera Ocypus illa fabula est, quam Acacius Libanio dono dedit, vix aliunde sumi poterat, ut in Lucianeorum operum corpus insereretur, atque e Libanii bibliotheca. Et cum iam supra ostenderim verisimile esse Ocypodem et Saltatores Libanii et Cynicum in uno corpore coniunctos fuisse, num quisquam negabit una cum hoc Libanii libello Ocypodem quoque Luciani scriptis additum esse? Quod argumentum eo maioris pretii est, quod iam Sieversus eo non usus Acacium Ocypodis auctorem putaverat.

Quibus expositis sit iam huius commentarii modus, ubi pauca tantum addidero *de Acacii vita.*[2]) Natus est in Cilicia, ubi consuetudine

1) Libanii opera recensuit R. Foerster, Leipzig 1908 vol. IV p. 406 sq.
2) Quae de Acacio scimus, a Seeckio p. 43 sqq. ex Libanii epistulis investigata sunt.

utebatur Celsi cuiusdam, qui tum hanc provinciam administrabat. Artium et litterarum causa Athenis commorabatur, atque hic familiarissimum studiorum comitem habebat Aristaenetum Nicaeensem. Postea causarum actor maximam sibi auctoritatem comparavit, ut eum permagni existimarent Strategius et Hermogenes praefecti. Eum laudationem Asclepii et carmina epica composuisse docent Libanii epistulae 127, 607, 1052. Titianum filium et Calycium generum huius rhetoris in disciplinam tradidit anno 357, quo tempore litterarum inter Acacium et Libanium commercium coepit. In prima epistula ad Acacium missa Libanius non se, sed illum Graecorum principem esse blandiens affirmat. (cf. ep. 319: κοινὴ γὰρ δὴ τῶν Ἑλλήνων ἑορτὴ τὸν τῶν Ἑλλήνων ἄκρον ἐρρῶϲθαι· ὃ γὰρ ἐμὲ ϲὺ καλεῖϲ, αὐτὸϲ ὢν τυγχάνειϲ.) Quam supra transcripsi epistulam 1380, Libanius ad amicum suum autumno anni 364 dedit, epistulam 1368, in qua de eius podagra mentionem facit, eodem autumno paulo antea.[1]) Hoc igitur anno Acacius composuit Ocypodem.

1) Seeck p. 432, 434.

Index verborum memorabilium

	pag.
Ἀλληκτώ P. 6	76
ἀναχαιτίζω = retardo P. 307	78
ἀντέδακα Oc. 27	40
ἄφευκτοϲ pro ἄφυκτοϲ Oc. 163	46
βαϲμόϲ pro βαθμόϲ P. 222	34
βροτῶν genetivus P. 10	24
εἰϲ μάτην pro μάτην P. 28, 244	67
ἐν pro εἰϲ Oc. 105	44
ἐχθίϲτατοϲ P. 247	34
Ἐχίδνη P. 302	35
ἵνα consecutive adhibitum Oc. 62	42
ὅταν verbi syllaba αν longa Oc. 127	44
ὀϲτόν pro ὀϲτοῦν P. 168	32
Ὀφίων P. 101	76
ποῖ pro ποῦ Oc. 68	43
πρὸ τοῦ pro πρίν Oc. 170	46
ϲῖγα cum verbo εἶναι coniunctum P. 129	30
ϲυϲμίγω pro ϲυμμίϲγω Oc. 57	42
ϲφύραθοϲ pro ϲπύραθοϲ P. 162	32
τιθῶ pro τίθημι Oc. 43, 81	40
τὸ πέραϲ pro τὸ τέλοϲ Oc. 49	41
ὑποϲπᾶν reflexive adhibitum Oc. 49	41